istic religionem, pro ratione præcellentis tuæ uocationis Regiæ, serio promouere digneris. Vt quemadmodũ, iuxta exẽplum Solomonis, primus omnium istic cum publico regni totius applausu, uidente & uolente sanctissimo olim Patre tuo, in Solio ipsius collocatus, Regni Diadema accepisti: ita nostrum nobis etiam Solomonem præstare possis, in fabricando istic templo Domini non equidem ex mortuis, sensuque omni carentibus, sed e uiuis lapidibus, per Euãgelium filij Dei, autore spiritu sancto, excitatis. Id quod tibi a Domino Deo nostro supplices, cum rerum tuarum omnium Patriæque totius optimis successibus precamur. Francoforti ad Mœnũ, sexta die Septembris. Anno 1555.

Tuæ Maiestati deditissimus

Ioannes a Lasco

istic religionem, pro ratione præcellentis tuæ uocationis Regiæ, serio promouere digneris. Vt quemadmodũ, iuxta exẽplum Solomonis, primus omnium istic cum publico regni totius applausu, uidente & uolente sanctissimo olim Patre tuo, in Solio ipsius collocatus, Regni Diadema accepisti: ita nostrum nobis etiam Solomonem præstare possis, in fabricando istic templo Domini non equidem ex mortuis, saxisque omni carentibus, sed e uiuis lapidibus, per Euãgelium filij Dei, autore spiritu sancto, excitatis. Id quod tibi à Domino Deo nostro supplices, cum rerum tuarum omniũ, Patriæque totius optimis successibus precamur. Francoforti ad Mœnũ, sexta die Septembris. Anno 1555.

Tuæ Maiestati deditissimus

Ioannes à Lasco

IOACHIMI VVESTPHALI IVSTA DEFENSIO, ADVERSVS

insignia mendacia Ioannis á Lasco
quę in Epistola ad Sereniss. Polonię
Regem, &c. contra Saxonicas Ecclesias
sparsit, cuius Exemplar, ut ęquus Lector rei
*ueritatem facilius quasi ex antithesi colligere
possit, VVESTphali scripto sub
finem adiecimus.*



ARGENTORATI EXCVDEBAT BLASIVS FABRICIVS, ANNO
1557.

PRVDEN

TISSIMIS ET PIENTIS-SIMIS VIRIS DD. CONSVLIbus & senatorib. gubernantibus Remp. Francofurti ad Mœnum Dominis suis reuerenter obseruandis, Ioachimus Vuestphalus. S. D.



NNI IAM SVNT AMplius uiginti duo, cum Dei uas electū sanctæ beatæq; memoriæ D. Martinus Lutherus ad Senatū populumq; Francofortensem scripsit Epistolam in qua pro sua erga Ecclesiam pia solicitudine, consilia suggessit saluberrima, in primis necessaria hoc tempore. Prudenter enim consuluit, non communicandū esse cum illis, quos constat secundum Zuinglij dogma sentire & docere de Eucharistiæ Sacramento, nec aliter quā ipsummet Satanam tales esse fugiendos. Monstrauit in eadem Epistola optimam rationem agendi cum suspectis de Zuingliana hæresi, qui aliud occultant, & aliud præ se ferunt, & uersutè ita attemperant sermonem ambiguum ut quamuis re ipsa sentiant cum Sacramentarijs, non distribui in sacra cœna Domini ue-

rum corpus & sanguinem, sed panem & uinum tantum esse symbola, quæ illa adumbrent, uideri tamen uelint se eandem cũ Ecclesijs Christi doctrinam profiteri & sonare. Existimo autem uiri prudentia ac uirtute præstantißimi, meamq; in hac re sententiam puto minimè falli & aberrare, quòd uiri suscitati à Deo ad instaurandam puriorem doctrinam salutiferæ Religionis, & de uniuersa Ecclesia præclarè meriti memoria sacrosancta persistet apud uestrã pietatem, & tantùm ualeat eius authoritas, quantũ iure debet atq; in commune publicè ac priuatim conducit. Quanquam nõ temere hæc mihi persuaserim de pietate uestra: me tamẽ mouerunt bonæ rationes, à charitate Christiana, ut arbitror, & boni uiri officio non alienæ, cur apud uestram præstantiam illius epistolæ mentionem renouarem. Digna namq; est quæ legatur sæpè & diligenter, cùm non ad unum illud tempus quo scripta est, sed ad nostrum etiam sit accommodata, & uir prudentißimus non minus ad sequutura tempora, quàm ad præsens suũ respexerit. Habebat ille suas grauissimas causas scribendi ad uestræ Reip. Senatum & ciues: non enim subitò aliquo motu impulsus, re non deliberata maturè, circũspectus ille in rebus suis suscipiendis & agendis accessit ad scribendum, neq; temerè putauit, quod ad unã scripsisset, alijs Ecclesijs publicum & commune fa-

ciendum esse. At ne nunc quidem desunt similes causæ, & multò maiores, idē illud scriptum reuocandi in manus, idq; iterum atq; iterum repetendi. Imminebant tum pericula ab occultis & clandestinis Sacramentarijs contaminaturis gregem Ecclesiasticum morbo pestiferi erroris: atqui nunc tantò grauiora impendent, quantò audacius, postquam è sua statione acris ille bellator discessit, nullo metu repressi progrediuntur. Veniebant ad illum uarij sermones ex aliqua parte obscuri & dubij, esse Francoforti ad Moenum qui insinuarent animis errorem Zuinglij, idq; facerēt astutè sub umbraculo & praetextu, quasi à nostris Ecclesijs non dissiderent. Iam uerò res non obscuris indicijs nota, sed in clara luce posita est, intra urbis uestræ portas, intra mœnia et muros ipsos, in ipsis templis palā disseminare, fouere & propugnare damnatam istam hæresim, ac insuper abuti uestris Typographis, prelis, & insigni Dei dono arte typographica, neq; sat habere in uestra ciuitate & Ecclesia nocere falsis doctrinis: sed longè lateq; sparsis libris istic impressis totius Germaniæ & Galliæ Ecclesias inficere, contaminare, atque corrumpere, quasi non plus satis sit mali & damni, aliquos officinas in alijs regionibus & ciuitatibus eiusmodi nocentissimis operis et laboribus infeliciter occupari. Metuebat sagax ille explorator fraudis doliq;, insidiaris

 & de-

& deceptionis Satanæ & Pseudoprophetarũ, ne deceptos homines falso titulo nominis ipsius seducerẽt. Quòd si tum illo uigile agente excubias aliquis siue timor siue pudor fuit Sacramẽtarijs designare tantũ facinus: certè nunc excußis omni timore & pudore, tam eius quàm multorum aliorum uirorum præstantium nomen suis fallacijs prætexunt, & pro ipsis facere Augustanã confeßionem gloriantur, quã tamen D. Lutherus in hac ipsa Epistola collaudauit, quod perspicuè citra ambages, & ullam obscuritatẽ extet perscripta, quæ eadem luculentum testimoniũ perhibet, quàm uerè in publico scripto Antesignanus quidam Sacramentariorum, non longè à nostra ciuitate remotus affirmet D. Lutherum cum coniunctis collegis suis Marburgi dubitaße de sua doctrina, Sacramentariam approbaße: quibus aptißimè dici queat: Si estis Augustanæ confeßionis, cum Augustana confeßione sentite: si uerba ꝓ uobis allegatis, mentem eius tenete: doctrinam de cœna domini incorruptam docete: Sicut scitè dixit Tertullianus libro de carne Christi, Si Apostolicus es, cum Apostolis senti. Mirabatur dum adhuc uiueret inuictus miles Christi, quenquam inueniri inter Sacramentarios, tam deplorati pudoris, qui auderet uel unam literam ex eius libris usurpare pro suo errore tegendo, sed eò iã progreßa est impudentia, ut nihil pudeat celebrem

illum

illam Augustanam cōfeßionem in partes Zuuinglianas attrahere, et nescio quæ aliorum scripta circumferre & ostentare tanquam faueant Sacramentarijs, quorum confeßiones & libri qui extant calculum & sententiā contra illos tulerūt. Vsq; adeò doctrina nostra de Eucharistia uera, & aduersæ patris falsa est, ut uideant Sacramentarij suam subsistere et insinuari non poße, nisi fucata sese uenditet & obrepat simili specie & sono uerborum, quibus nostra proferri solet. Nacti uerò oportunitatem ubi nihil obstare & citra periculū, suam palā se profiteri intelligunt, ibi sese tum aperiunt & nostram ex profeßo damnant. Nam insidiose moliuntur, ubiq; suam ingerere, propagare, & dilatare, nostram autem explodere et delere. Quo cum spectent conatibus suis omniq; studio incumbant in ciuitate uestra ex Zuuingliana factione bonis permixti, idq; manifestum fit ex multis argumentis, præcipuè ex editis libris, putaui me grata Deo uestraq; pietati, totiq; Ecclesiæ utilita facturum, si in memoriam reuocarem sancta consilia D. Lutheri, si fortè apud nonnullos diuturnitate temporis aliquo modo in obliuionē uenißent, præsertim apud eos qui nondum ante annos duos & uiginti fuerunt cooptati in ordinem sancti Senatus, eaq; occasione sub uestram tutelam darem meam Apologiam, quæ diluit insignia mendacia et calumnias sparsas in quadā Epistola

stola cuiusdam signiferi Sacramentariorum impressa in uestra urbe, uobis ignorantibus, ut mihi de integritate uestra persuadeo: unde Spiritum mendacij in Sacramentarijs possit deprehendere, quisquis uidere & deprehensum uitare uelit. Iustißimum esse cogitabit V. P. ibi meæ defensioni locum dari & innocentiæ meæ apud Dei ministros, præsidium esse, ubi propter defensionem ueritatis, & falsi dogmatis reprehensionem sum diffamatus, non solùm coram Regia Maiestate totoq; eius regno, ac coram V. P. & subditis uestris: sed etiam coram omnib. ad quoscunq; mendacißima illa Epistola infamatrix peruolitat. Si iniuria me solùm grauaret, et mea solius fama læderetur, ferrem id patienter: at nunc cùm infamentur coniuncti mecum in una causa, & iniuria redundet in contumeliam Dei, & calumniæ ac maledicta eius uerbum & ueritatem insectentur, corrumpant, exibilent, subsannent, & conculcent: neque solùm in uestra ciuitate, sed etiam ubiq; in alijs in periculum ueniat salus populi: arbitratus sum præposteram esse patientiam, intempestiuum & noxium silentium, Deo exosum, si dißimulanter tacitus præterirem enormia mendacia & falsas criminationes, quas Sacramentarius calumniator effudit. Si quis indicaret Magistratui, eße incendiarios in urbe, ueneficos qui inficerent fontes & pascua, extra urbem ra-

ſtores & latrones: gratam rem faceret, & acciperet premiũ ſuæ fidelitatis. Spero etiam haud ingratum futurũ, quod à me iudicantur, qui incendia multò nocẽtiora aſtruunt et ueneficijs inficiunt fontes ac pabula doctrinæ ſalutaris, uerbum Dei et æterna bona ſuffurantur, & animas interimunt, ideoq; à Chriſto Domino arguuntur, quòd ſint fures & latrones.

Habet V. P. fideles Miniſtros uocatos legitimè, hi tradiderunt nobis purum uerbum Dei, hi optima queq; docent, præcipiunt ac monent: horum uocem oues Chriſti audiunt, alienorum non audiunt, ſed fugiunt ab eis: hos legatos Chriſti qui audit, Chriſtum audit, qui ſpernit, Chriſtum ipſum ſpernit: cum illis ſpectatæ fidei Miniſtris meum teſtimonium cõiungo, pro una eademq; doctrina & fide cum ipſis decerto. Ex ſpiritu Dei dedit conſilium uir Dei D. Lutherus, fugiendos, & ex cœtu ciuium relegandos eſſe Sacramentarios: expendat V. P. quis ſit ſpiritus, ſuadens recipere & receptos fouere non ſine periculo contagionis infecturæ totum gregem. Morbida ouis ſeparatur, ne totum ouile corrumpat: membrum corruptum reſecatur, ne noceat reliquis: ſeparantur corpora hominum, ne immunda lepra uel ſcabie mala, inficiant ſanos; quantò magis ſeparare oportet immundos Spirituali lepra, mente corruptos: ne ouis

Christi inficiant & perdant. Apostolus probibet in domum recipere, non afferentes doctrinam Apostolicam: ne recipientes communicent ipsorum operibus malis: quomodo admittendi sunt in consortium Christiani populi, qui afferunt doctrinam Apostolicæ ueritati repugnantem? Sæpius commendat scriptura hospitalitatem, præcipit opera misericordiæ et Charitatis exercere erga exules & peregrinos: Verùm ita ne fides uioletur, & ne aduersus multos lædatur charitas. Vt enim charitatis est hospitio recipere peregrinos, & his benignè facere, si pro hospitalitate & beneficijs nō malefacta rependant, si quieti nō turbent Ecclesiam & Rempublicā: ita charitati maximè repugnat, præbere hospitium ingratis, inquietis, & noxijs communitati, his parcere, hos fouere, non piæ charitatis obsequium, sed impiæ peruersitatis exitiale nocumentum, non misericordia est sed crudelitas.

Si quis autē controuersiam de cœna domini ponat inter res nō necessarias, de quibus non sit cum quoquā pugnandū, & propter quas nemo sit excludendus ex Christiana societate, næ ille haud abludit à sensu eorū qui dicūt, nō pertinere ad articulos fidei, quid quisq; credat de substantia sacramenti Eucharistiæ: næ ille audebit alias res longè maximas inter leuiculas & non necessarias abijcere, non ita sollicitè secum reputans,

putant filium Dei non ociose, nō incogitanter & sum perfluè dixisse, & adhuc dicere in dispensatione coenae suae: Hoc est corpus meum: Hic est sanguis meus, In his tam scripturam solui non posse quàm in alijs uerbis: leuiter expendit grauissimam comminationem, minimum fore in regno Dei, quisquis uel unum iota soluerit de lege: longeq; aliter affectum se declarat quàm Basilius apud Theodoretum Tripartita historia lib. 7 cap. 36. respondit Praefecto Caesareae, Eos qui diuinis innutriti essent eloquijs, ne unam quidem syllabam pati de diuinis dogmatibus corrumpere: sed pro his (si contingat) etiā omnes mortis species amplecti. Haudquaquam scit, aut certè, sciēs nescit, quantum intersit inter nostram & Sacramentariorum doctrinam, quàm longo interuallo haec inter se distent, docere panem uerè esse corpus Christi, & tantum esse symbolum seu figuram absentis corporis: carnem & sanguinem Christi uerè distribui ministri manibus, & sumi in hoc Sacramento ore communicantium, & tantum dispensari & accipi panem & uinum. Sanè quicquid dicant & scribant Sacramentarij, utcunque prae se ferant, se magnifica sentire & magnū aliquid tribuere coenae domini: tamen certo certius est ipsos negare, q. uerè corpus et sanguis Domini adsint & percipiantur cū externis elementis panis & uini.

Deniq;

Deniq; non considerat, uiros plenos Dei spiritu, piæ concordiæ et pacis perstudiosos neutiquã per aliquot annos de rebus nihili contendisse, quadam morositate & pertinacia nõ bonas horas & labores suos inanibus contentiõibus & rixis cõsumsisse. Licebit eadẽ opera iniquè iudicare de certaminibus grauißimis q̃ fuerunt inter catholicos Episcopos & Arianos, & dicere fuiße quandã λογομαχίαν nimium morosos: contendiße, non tam de uerbis quàm de syllabis, cùm uiderentur adeo inter se conuenire, ut in unius uocis syllaba dißiderent, & Catholici confiterentur Christũ esse patri ὁμοούσιον: Ariani uerò pene eandẽ uocẽ sonarent addita una litera et dicerent Christum esse ὁμοιούσιον, cùm tamen occultarent suum errorem sub hoc uerbo, & intelligerent filium similem dici patri largitate gratiæ, non proprietate naturæ. Ac quidem obiectum est, constanter sinceritatem fidei defendentibus, quód contenderent propter paruam dogmatum subtilitatem. Ariani dicebant, quòd non oporteret propter duo uerba quæ nec inuenirentur scripta separari corpus Ecclesiæ. Osius Episcopus Cordubensis ceßit, & subscripsit decretis Sirmiensis Synodi, ne uideretur nimio studio contentionis impedire concordiam. Ideo Hilarius hortabatur ad constantiam, fidem rectam retinentes, petens ne quisquam alius præter senẽ Osium, & illũ ipsum

nimium

nimium sui sepulchri amantem reperiretur qui tacendum esse existimaret de utroq;, quia neutrum scriptis reperiretur. Hæc igitur pro magnitudine causæ expendens V. P. non dedignabitur sequi cum alia consilia suggesta Deo authore per D. Lutherum in Epistola perscripta ad ordinem populumq; uestrum, tum inprimis hoc salutare consilium, ut firmi & immoti persistatis in sermone Christi, nec detis locum tentatori id agenti in omnibus fidei articulis, ut à uerbo Dei homines abducat, sicut Euam in Paradiso à uerbo & simplicitate fidei nequitia sua abduxit, quo documento admonet Apostolus Ecclesias: ut caueant sibi, ne sinant se per nequitiam satanæ & uersutiam Pseudoapostolorũ, qui transformat se in Christi Apostolos, seduci: sibiq; proponet V. P. imitanda exempla pientißimorum principum, ciuitatum & Ecclesiarum, quæ moderata seueritate pijs edictis summouerunt à consortio sui populi Sacramentarios & Anabaptistas, ne contagia nocentißima peruadeant in Ecclesias easq; peruertant, néue his turbatis, circa fidem dißidijs, respublicæ etiam concusæ discordijs peius habeant. Ad hoc dignum Dei ministris studium conseruandæ Ecclesiæ & reip. in tranquillo & incolumi statu, ultrò currentibus addet calcaria, quod Dominus Deus noster admonet de periculis discordiæ ciuilis dicens: omne regnum aduersum sese diui-

sum desolabitur, & omnis ciuitas diuisa aduersus se ipsam non stabit, Et quod Paulus scribit, Deum dilectionis & pacis affuturum ijs, qui unanimes idem sentiunt. Maiorem autem in modum rogo uiri eximij, ut V. P. non aliter accipiat, quod dedicaui uobis hoc meũ Apologeticum scriptum, quã q necessitas ipsa mihi has partes imposuit, diuini iuris potestas ipsa rõcessit, ac utilitas publica depoposcit, & causam Ecclesiæ Dei uobis commendatam habeatis. Gratia domini nostri Iesu Christi, Dilectio Dei et communicatio Spiritus Sancti sit cum omnib. uobis. Hamburgi Mense Martio Anno domini M.D.LVI.

ALTERA DEFENSIO AD-
uersus insignia mendacia cuiusdam
Signiferi Sacramentariae factionis,
ad Senatum Reipub. Francoforten-
sis, à IOACHIMO Vuest-
phalo scripta.



[illegible] ex Dei praecipi-
ens audire utran-
que partem, &
publicans probitatem
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] gen-
tibus nota est. Ex lege haec una sum-
pta est illa Solonis, quam praecipit [illegible]
[illegible] Apud Luci-
anum citantur [illegible] cuiusdam Po-
etae uersiculus, μήτε δίκην δικάσῃς,
πρὶν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς. Itaque Alex-
ander Magnus cùm in causis capi-
talibus sederet iudex, accusatori al-
teram aurem occludebat, & roga-

a tus

tus cur id faceret: Alteram, inquit, integram seruo reo. Apprime utilis & necessaria est hæc lex: Præsidium præbet ueritati, tuetur innocentiam, falsis accusationibus uiam præcludit, repellit mendacia, & calumnias reprimit. Quis enim causam tam bonam haberet qui non iniquis delationibus oppressus, afficeretur grauissimis iniurijs, si ex unius partis accusatione re iudicata sententia ferretur? Quis iudex esset tam circumspectus & iustus, qui non fraude circumuentus, innocenten partem iniustè pronunciando lęderet? Huius legis auxilio pręcipuè opus habent, quos pater mendacij & calumniarum inuentor Diabolus, propter ueritatis studium, præ alijs exosus, traducendo & calumniando onerat, totus deditus, intentus & occupatus mendacijs, accusationibus & calũnijs falsis, urget opus suum, à quo nomen
habet

habet, & tamen operis sui ... in eos transfert, qui amant ... dunt simplicem ueritatem, & artificium calumniandi detestantur, id quod in meis aduersarijs experior. Nam iterum prodijt epistola cuiusdam signiferi Sacramentariorū, tota conflata ex mēdacijs et calumnijs: Facit ille iuxta consilium Mediæ unius ex parasitis Alexandri, qui alios solitus est hortari, ne metuerent quoduis crimen in quemuis intendere: manere enim dicebat cicatricē ut maximè qui delatus esset sanaret uulnus: Ita calumniatur ille audacter. Cogor igitur confugere ad tutelam diuinæ legis, & id semel ab æquis iudicibus timentibus Deum petendo obtinere, ne fidem habeant meis obtrectatoribus, néue iudicent ac sententiam ferant ex istorum accusatione, sed cognoscant prius alterius partis defensionem. Longè e-

nim, aliter instructi accedent ad pro-
nunciandum, utrinq; rei ueritate in-
quiſita diligenter, quàm ſi obliti le-
gis præſcriptæ in natura, ſecundum
accuſatores pronuncient, priuſquam
reus ſe defenderit. Non mihi uacat
ut omnes criminationes ſemper re-
ſpondere, et permoleſtum eſt contre-
ctare iſtas ſpinas calumniarum et cō-
uitiorum: quod ſi uacaret, obſtaret
tamen, ne facerem, præceptum illud
Salomonis prohibentis, ne ſtulto re-
ſpondeamus ſecundum ſtulticiam e-
ius. Item illud Apoſtoli præcipien-
tis, Hæreticum hominem poſt unam
atq; alteram admonitionem uitare.
Reſpondebo ergo aliquanto accu-
ratius ad ſingulas fere partes crimi-
natoriæ Epiſtolæ, ut ex unius mei ca-
lumniatoris ſcripti uanitate cætera
omnia æſtimentur, quid ueri habe-
ant, & quam mereantur fidem, indé-
que elucescat, illéne meus Accuſa-
tor

tor, an ego mendax sim & calumniator, & uter defenset malam causam malis artibus. Perquam uellem me tam moderate & leniter id facere posse, ne quenquam offenderem uerbo duriore: uerum ille mihi ademit acerba sua insectatione facultatem responsionis moderationis. Cogor refutare grauissima mendacia, in quo argumento, quid tam molliter dici potest, quod non durum & christianæ lenitatis ac tolerantiæ temperamentum uideatur excedere? In tamen moderabor totam respondendi rationem, ne cum maledicis uideatur certare maledictis, cum conuitiatoribus conuicijs, & pulchrum ducere, in hoc genere certaminis reportare uictoriam, in quo satius est uinci quam uincere: Nam si uellem pro maledictis maledicta rependere, quid aliud, quàm duo maledici essemus? ubi qui nos legerent, alij detestaros

 abij

abijcerent sana grauitate, alij suauiter haurirent maleuola uoluntate. Quòd si ueritas ipsa per se acerba fuerit, aut si extorserit aliquando rei atrocitas quædam duriusculè dicta, sibi potius quàm mihi imputet, cùm sermones non tam eius sint qui dicit quàm qui dicere cogit.

Non cōtinet autē se Pseudologus quin statim in ipsa ꝑpositione grādē mendatiū impingat nobis & dicat, Sacramentarios à nobis accusari, ꝙ non sint sacrilegi & Idolatrę, hoc est quòd opus Dei ipsius propriū non transferāt in opus Ministri. Non solùm falsò nos accusat de sacrilegio & Idolatria, sed etiam insimulat, ꝙ uelimus alios Idolatriā committere, Deo operis sui gloriam eripere et attribuere hominibus. Proferat autē unum uerbum ubi nos Dei opus in Ministrū referamus, & accusemus quenꝙ, non dari homini quod Dei

est ꝓprium. De Ministris Euangelij docemus, testificari eos de uera luce, ut homines per ipsos credāt: existimamus eos ut dispensatores mysteriorum Dei: si hoc est trāsferre opus Dei in opus Ministri, tum Apostolū Ioannem, Paulū & Chrm̄ ipsum in ius uocant, & in illos eandem quam in nos culpam conferunt. Scribit etenim Euangelista Ioannes, missum esse Baptistā, ut testificaretur de lumine uero ut homines crederēt per ipsum. Paulus non ueretur affirmare, prędicantes Euangeliū cooperarios esse Dei, ministros esse per quos hōies credunt: Item dispensatores mysteriorum Dei. Christus orauit ꝓ illis qui essent credituri per sermonē Apostolorum. Hęc si Sacramētarij adimūt Ministris Ecclesię, si negāt homines per illos credere & per illorū ministerium ad fidē conuersos salutē consequi, uerè quidem eos accu

 samus

ſamus, nec tamen auferimus Deo opus ſuũ & in homines traducimus. Docemus & nos fidem eſſe opus & donum Dei non hominis: Deum dare incrementum, ſed addimus, Deum uti ordinatis medijs: fidem dare per prædicationem Euangelij, dare incrementum, ſcilicet per plantationem, & rigationem miniſtrorum. Qui ita Deo tribuunt opus Fidei & incrementum laboris, ut excludant miniſterium plantantis & rigantis, hoc eſt, ut neget Deum per miniſterium efficacem eſſe et dare fidẽ, merito accuſant ab omnibus pijs, quòd detrahant Miniſterio ſuam uim & dignitatem. Paulus non ſeparat alterum ab altero, ſed coniungit Miniſterium prædicationis, & Dei operationem. Quomodo, inquit, credent niſi audiant? Fides ex auditu, Auditus autem per uerbum Dei. Miniſtri ſunt per Quos credidiſtis.

Eum qui plantat, & qui rigat nihil esse dicit, si dominus non det incrementũ: at malè colligit hinc, nihil esse plantantes aut rigantes, Ministerium Ecclesiasticum nihil conducere ad fidem & salutem hominis, Deo cooperante & incrementũ dante. Cur enim plantaret Paulus? cur rigaret Apollo? cur Dominus mitteret ad prædicandum, si labor ille inutilis esset, & Deo nõ placeret fructum dare, per Ministrorum suorũ laborem? unde ait alio loco: Labor uester non est irritus in Domino. Item Col. 1. Verbum prędicatũ fructificat apud uos, sicut & in toto mũdo.

Magna peruersitate traducit Ecclesias nostras Suenckfeldius, quòd alligent fidem, Spiritum Sanctũ, & salutem reb. externis, & Dei solius propria opera, tribuant Scripturæ uerbo, & Sacramentis: Tumultua

 tur

tur in suis phanaticis & rabiosis scri
ptis clamitans, Deum non uti me-
dijs ad iustificationem hominis, nō
per instrumenta operari nostram sa
lutem: Spiritum Sanctum sine me-
dijs docere: Scripturā non esse Dei
uerbum: Fidem non esse ex auditu
Verbi. Ita Anabaptistæ eleuant &
abijciunt Ministerij dignitatem, de-
trahunt Verbo & Sacramentis su-
am uirtutem & operationē, ad quā
Deus ea ordinauit. Idem Spiritus
prodit se in Pseudologo, dum alte-
rum inter nos controuersię caput cō
stituit, accusari se, Quòd non opus
Dei transferat in opus Ministri, eæ-
demq́ phanaticæ uoces ubiq; in Sa-
cramentariorum scriptis personant
nos alligare salutem Sacramentis,
ex Baptismo facere Idolum, partem
salutis transferre ad creaturas, quia
docemus Deū nos regenerare, mun
dare & saluare per Baptismum. Sed
 de his

de his copiosius respondebunt alij de eodem crimine falsò accusati: iã⸗ꝗ satis aliquot annis contra Enthu⸗siastas ab alijs est scriptum.

Alterum mendacium depromit noster Pseudolus, ubi conqueritur se accusari, Quòd non statuat in cœna dominica realem corporis & sanguinis Christi delitescentiam. Nusquam enim docemus delitescere in elementis panis & uini corpus Christi, nullum uerbum proferre potest, siue ex scriptis, siue ex concionibus nostris, quo probet nos sic sentire, uel loqui, quòd Christi corpus latitet (quasi localiť inclusum) sub pane. More suo fingit nouum uocabulum, & suum figmentum transfert in nos, ut aliâs solet fingere corporis Christi cum elementis cõnexionem: & usqꝫ adeo placet authori pulchra inuentio, ut ad tœdiũ usqꝫ plus millies Delitescentiæ uocabulum

lum repetat in una epistola. Si libet impugnare nostrã doctrinam, cur non utitur nostris uerbis? cur ficticia supponit? Nos statuimus et defendimus ex claris uerbis Domini praesentiam ueram corporis & sanguinis ipsius: hec dicimus esse praesentia & distribui in coena cum pane & uino, modo occulto & humanae rationi incomprehensibili. Si id latitare est, inuisibiliter praesentem esse Christum corpore, & sanguine suo, secundum uerbum suum. Si quoque satis causae esse uidetur, cur illudat & insultet simplicitati fidei: ergo eadẽ satis idonea causa sit, cur cũ Iudeis & Ethnicis irrideat, quidquid Ecclesia et credit, & docet; de Christo Domino semper & ubique praesente, ubicunque duo uel tres conueniunt in nomine ejus; irrideat sanè suauiter cum Epicureis totã christianam religionem: uocet etiam irrisorie

risoriè Baptismum, ubi Dominus ipse præsens abluit & mundat, delitescentiam uel latibulum: tollat cachinnum & dicat, Deum delituisse in tabernaculo testimonij, ubi præsentem se exhibuisse scriptura testatur. In iis quę spectant ad regnum Christi & salutem nostram, adest & agit Deus nobiscum abscondito, & Rationis humanæ sensibus ignoto modo, unde ab Esaia cap. 45. dicitur Deus absconditus: ac, ut Apostolus inquit, Ambulamus nos qui sumus sub Christi regno, nõ per speciem, sed per fidem: respicimus nõ uisibilia, sed inuisibilia: & omnino fides nostra est rerum non apparentium: num proptereà licebit pro fabula habere quæ christiana fides habet pro certissima ueritate, non minus quàm si oculis apparerent? Accusamus igitur impiam incredulitatem, metientem mysteria fidei ex rebus

bus huius seculi. Ex scriptura prędicamus caput Ecclesiæ Iesum Christum membris suis præsentem esse, usqȝ ad consummationem seculi, eo modo quo ipso placuit, & ordinauit ipse ac reuelauit modum suæ præsētiæ; nõ ex nobis fingimus extra scripturam nouum sermonem, non ludimus uerbis prophanis, & irrisorijs, non ueluti inclusum in latibulis hic uel illic latitare dicimus, sed talia relinquimus uersantibus in schola Epicuri, & sedentibus in derisorum cathedra.

In hac autem pręsentia Christi inuisibili & occulta irridenda & impugnanda, tantam præ se fert insigni hypocrisi modestiam & tolerantiā, ut huius sacramentariæ controuersię nomine non solùm neminem ꝑscindat, sed nec damnet quenquam imò honorem libenter ipsis deferat, qui in Ecclesia Christi pijs omnibus deferri

deferri consueuit. Quid audio? an cœnam Domini habet inter res indifferentes, non ita magni momenti, de quibus nihil admodum referat quid credat unusquisque, & libertas sit cuique credendi quidquid uelit? an reponit inter ceremonias, propter quas charitas uetat decertare & damnare quenquam? Sic enim alio loco apertius se declarat, scribens, Controuersiam de cœna Domini minorem sibi semper uisam fuisse, quàm ut huius nomine Ecclesię Euangelium Christi profitentes scindi, aliique ab aliis iudicari debeant. Sanè artificiosè dictat nobis simulata sua moderatione legem, quid à nobis fieri uelit, & uiam monstrat bene latam, quæ deducat nos ad facilem transactionem, ut desistamus ab omni lite, si nullius errorem & hæresin de Eucharistia damnemus, sed sinamus suum cuique pulchrum esse, suaque stare opinione, &

permit-

permittamus interea, ut possint, nemine obsistente, suę heresis regnum quàm latissimè ꝓferre. Eadem fuerit facillima ratio dirimendi omnes controuersias religionis, & finiendi semel omnes discordias & certamina cum omnibus hereticis: Satanę quidem grata & peropportuna conatib. eius, at domino Christo summè displicitura, & Ecclesię eius perniciosa. Sacra Scriptura non docet in rebus fidei ἀδιαφορεῖν, sed præcipit pro dāmnatis habere, omnes doctrinas & opiniones dissentientes à uerbo Dei. Paulus Anathema esse pronunciat, si quis aliud Euangeliū doceat quā à Domini Apostolis accepimus. Apostolicæ Ecclesiæ hęc consuetudo est, sic salubri seueritate agere consueuit cum pertinaciter insistentib. doctrinis falsis. Hic honor, non alius ab illa, Hereticis defert̃, Timentes dominum glorificat, impius in

con-

conspectu eius contemptus est; si igitur Pseudolus neminem condemnat, neminem insectatur conuitijs, propter dissidium Sacramentarium, si insuper etiam honorem defert qui in Ecclesia haberi solet pijs, si dissentientes agnoscit pro membris Ecclesiæ, cur traducit nos quòd sint autores nouorum dogmatum, pugnantium cum mente totius Scripturæ, non respondentium analogiæ fidei, non consentientium cum Ecclesiæ catholicæ consensu? cur undiq; conquisitis conuitijs nominat calumniatores mendaces, scurras, temulentos, furiosos? cur accusat de idolatria & tyrannide? Nunquid hoc est honorare, & non uerius contumeliosè tractare? Nunquid talis honor cõsueuit pijs deferri in Ecclesia Dei? Certè in ecclesia Sathanæ ab eius mancipijs sic solent absq; omni culpa sua pbris & contumelia affici.

Nos de doctrina & fide nostra cer-
ti non prætendimus hypocriticā mo-
destiam & mansuetudinem indignā
sinceris ministris Christi, sed Sacra-
mentarios apertè ut falsos doctores
& pertinaces hæreticos arguimus et
pro excommunicatis habemus, do-
nec abiecta sua hæresi redierint ad
Ecclesiam, idq; facimus non nostro
sed Christi atq; Apostolorum iudi-
cio, censura, mandato atque exem-
plo. Idem fecerunt uiri clarissimi
quorum pietas, fides, zelus erga re-
ligionem ueram, constantia, graui-
tas, modestia & mansuetudo, aliæq;
eximiæ uirtutes notissimæ sunt, quo
rum omnium iudicijs & censuris ex
bona parte ab optimo uiro D. Iohā
ne Amsterodamo fidelissimo Eccle-
siæ Bremensis Pastore in libro eius
collectis cum his nostris congruen-
tibus, & à Christi Ecclesia & socie-
ipsorum excluduntur.

Certò scimus, Deo hoc gratum esse, istud uerò effreni sua lingua calũniatur, furijs sic placere. Atrox hęc calumnia, cãdida in nigra uertit, Deo authore facta ascribit furijs, nulli ordini parcens pro furiosis insectatur, quotquot ex officio resistunt, ne à furijs immissi sęuiant in Christi ouiculas. Ab aris & focis prohibere non est paucorum, sed totius cœtus Ecclesiastici, & præcipuè eorũ, qui Ecclesiæ & Reipublicæ nomine pręsunt communitati, ac posterius quidem non ad concionatores, sed ad Magistratum politicum pertinet huius uigilantia & pia seueritas, ne cõtagia læderent, à focis exclusit in his maritimis ciuitatibus Anabaptistas & Sacramentarios. Vno ergo fasce Pseudolus inuoluit omnes, tametsi nominatim à Magistratũ gerentibus abstineat, metuens fortasse ne, si insectetur eos palam, sceptro

 coer-

coerceretur. Incessit prę alijs unum atque alterum ex Theologis, sub hone persona insectatur omnes, qui Sacramentarios ab aris & focis suis remouerunt: nec magnam rationem habet optimi Regis Daniæ & Principum Holsatiæ, qui publicis edictis & Regno & ditionibus suis eos expulerunt. Omnes illos pro insanis habet, & conuiciatur à furijs agitari, dum obstant phanaticis, & reprimunt furiosos, ne à sanitate incorruptæ fidei subditos ad suas insanias abducant, quasi uerò Sathanas Sathanam, furię furias expellant. Verùm satis defendit nos contra suggillationes calumniatoris Apostolus Ioannes prohibens, ne recipiamus in domum, neue salutemus eu, qui non attulerit doctrinam Apostolorum, nisi communicare uelimus illius operibus malis. Vt Apostoli prohibitio non potest nisi ab insanis &

contu,

contumeliosis in Deum asscribi fuerinis: ita criminatio de insania non hęret in iis, qui obedientiam debitam præstant, suisque ædibus & ciuitatibus Pseudoprophetas arcent.

Vt autem pseudologus eximat se è numero falsa docentium, & causã bonam se agere, iniusteque ab aris & focis repelli uideatur, congerit aliquas causas reiectæ presentiæ Corporis Christi in Eucharistia: eas has esse fingit, quod nostra doctrina pugnet cum mente totius scripturæ, fidei analogię non respondeat, cũ Ecclesię catholicę consensu non consistat, & citra contumeliam Domini nostri Iesu Christi retineri non possit. Essent quidem hæ causę grauissimæ si quid ueri haberent, sed quia falsissimæ sunt, nihil habent ponderis, ac nihil sunt nisi nugæ canoræ, imo grandia mendacia. Sat habuit ille nudas assertiones sine probatio-

ponere, nobis è contra satis est negare ueras esse & pro falsis reijcere. Gloriatur sanè se iam ex parte ostendisse, rem ita se habere, ut ipse astruit, & clarius se ostensurum prolixè promittit: Quid enim promittere nocet? Promissis diues quilibet esse potest: at experietur difficillimum, adeoque impossibile esse præstare quod promittit. Magna illi pars restat probanda: Quid dico partem restare? nihil ex ulla parte probauit, totius rei probatio adhuc illi incũbit. Ne uerò uideamur causse diffidentes & tergiuersantes defugere cõgressum, neue putemur destitui iustis rationibus cur contradicamus, breuiter paucula quædam sed satis firma opponemus. Consentit doctrina nostra cũ uerbis & mente Christi, qui non aliud sensit, quàm simplicibus & perspicuis uerbis est elocutus. Cùm ergo non pugnet cum ipsius uerbis &

sententia, tum neutiquam aliquam pugnat cum Scriptura; Non enim repugnat Scripturæ, quòd ab eius uerbis & mente non discrepat: si cõsentit cum Scriptura in una parte, cum tota per omnia consentit, tum & analogiæ Fidei respondet, & catholicæ Ecclesiæ consensum habet, quæ non aliud credit, quàm quod analogum est fidei, secundum Scripturã, ex uerbis Domini: tum non solùm retineri potest sine Christi contumelia, sed etiam retorquetur in eius gloriam. Rectè igitur per inuersionem has statuimus propositiones: Doctrina negans uerum Domini corpus & sanguinem adesse, et distribui in eucharistia sacramenti, pugnat cũ tota Scriptura, quia cum uerbis & mente Christi pugnat, dissidet ab analogia fidei, à catholicæ Ecclesiæ consensu, contumelia afficit Christum, neque citra eius contumeliã re-

mittetur & defenditur.

Si confugiet adversarius ad uerborum interpretationem, dicturus, alium sensum habere, & aliter accipienda esse uerba quàm sonant, non de uerbis, sed de sensu disceptari: nos uerbis inhaerere, se sententiam retinere: Ad id sibi hoc responsum habeat: Si haec uerba, Hoc est corpus meum, & Hic est sanguis meus, alio sensu accipienda essent, quia uocem propriam exhibet, & EST pro significat, CORPVS pro symbolo seu figura corporis absentis intelligendum, non silentio praeterijssent hanc interpretationem tres Euangelistae & Apostolus Paulus, certè uel unus ex ipsis indicasset tropicā significationem: non reliquissent omnes simul in illa clarissima luce noui testamenti figuratum, ambiguū & obscurum sermonem, unde existerent in Ecclesia magnae dissensiones,

nes,

nec, discordiæ & certamina. Iam Euangelistæ cum Apostolo Paulo usi eisdem uerbis, nullum posuere tropum, nullaq́ præbuerunt indicia figurati sermonis neq; in uerbo Est neq; Corporis uocabulo. Ideo relictis commentis hominum, repudiatis effictis figuris & tropis, insistamus uerbis diuinis præformatis Spiritu Sancto Magistro, & quem uerbis reddunt sensum, germanum, proprium, uerum, & certum esse nihil dubitamus. Cur nos dubitemus credere & dicere, quod scriptura nō dubitauit exprimere? An uerò qui uerbum est, uerborum significationes ignorauit? & qui ueritas est, loqui uera nesciuit? & qui sapientia est, in stultiloquio errauit? & qui uirtus est, in ea fuit infirmitate, ne possit eloqui quæ uellet? Spiritus Sanctus duxit Apostolos in omnem ueritatem: certissima ergo ueritas est, q̄ te-

stantur adesse & dari in sacra coena cibum corporis & potum sanguinis Domini. Qua fronte ergo audet Pseudolus ille scribere, nihil de carnis Christi praesentia esse in scripturis, & nostros destitutos Scripturae praesidijs calumnijs agere? An nō est scriptura, quę tres Euangelistae, & Paulus scripserunt? An D. Lutherus nullas pro se habuit scripturas? quibus tum praesidijs tutus & defensus fuit, impugnatus ab hostib. acerrimis? Nimis impudens calūnia est dicere, calumniando sine armis scripturę sese defendisse. Tam uerè dicitur nihil esse in Scriptura de praesentia corporis Christi, quàm ꝙ Iudaei contendunt nihil in libris sacris legi de Iesu Nazareno Messia & redemptore nostro: Ac fuerit aeque facilè illud quàm hoc probare. Iudaeis Prophetica scriptura est liber obsignatus propter ipsorum caecitatem,

tametsi Moses & Prophetæ testimonium de illo ferant? Num quia cæci non uident, nec uolunt uidere testimonia de Christo assentiemur eis, nihil de nostro Messia in scriptis Mosi & omnium Prophetarum reperiri? Omnes Hæretici trahunt ad se Scripturas, eas pro sua hæresi facere: Catholicos pro sua fide nihil habere pro se mentiuntur. Plena est Scriptura testimonijs de diuinitate Christi, Arius tamen non uidet, neque usquam inuenit ibi Christum esse uerum Deum, natura æqualem Patri. Habet paratas suas glossas, quibus clarissimos locos eludit. Sic Samosatenus negat Verbum esse personam, etiamsi passim doceat Scriptura: Num propterea concedimus Hæreticis, nihil in Sacris literis inueniri de diuinitate & persona Christi? quòd si obijcietur nobis, non ita multa ac manifesta dicta de

Christo presente in cœna corpore &
sanguine suo in sacris literis extare,
sed solū pauca uerba legi in scriptis
Euangelistarum & Pauli, responde
mus: uerbum EST in quibus Euan
gelistis ter positum, bis apud Paulū,
nos anteferre decem millibus com
mentariorum quæ humana sapien
tia de Tropica significatione dictat,
& pluris à nobis fieri quam omnes
Zuinglianorum libri: Tria uerba
sunt, Verbum caro factum est, sed
pluris facienda quam omnium Hæ
reticorum libri. In diuinis enim re
bus non frequentius dicta, sed tan
tum dicta sufficiunt.

Simili uanitate iactant ueteres scri
ptores pro Sacramentariis contra nos
stare, ipsorum doctrinā cum catho
lica Ecclesia consentire, nostram dis
sentire. Vbi uero illi negant in sy
naxi adesse & distribui corpus & sā
guinem Domini: Vbi asserūt nihil

nisi

nisi panem & uinum in cœna mysti-
ca sumi. Alibi iste scribit, controuer-
siam de Eucharistia ueteribus fuisse
ignotam, nunc sui oblitus gloriatur
nostram doctrinam de corporali præ-
sentia ac omnibus Orthodoxis pri-
mæuæ post Apostolos Ecclesiæ Pa-
tribus continua successione oppu-
gnatam esse; id quod breui se demō-
straturum denunciat. Me insimu-
lat ueterum dicta truncata mala fi-
de protulisse, & se meliore fide inte-
gros locos pollicetur pducturum.
In medio sunt utriusq; partis libri in
quibus recitatæ sententiæ antiquæ
Ecclesiæ explicantur, inde iudicium
sit penes candidum lectorem, nostri-
ne an Sacramentarij perfide soleant
colligere priscorum testimonia. Si
nō sanctiori fide Patrum scripta tra-
ctabit, quàm antè fecerunt eius Sym-
mistæ, certè aget pessima fide, uiolen-
ter in sua castra nolentes & repugnan-

tes bo-

res bonos Patres pertrahet, rectè & simpliciter dicta pro nostra sententia non aliter detorquebit, quàm solent tortores maleficos torquere in eculeo, ut quamcunque uelint confessionem exprimant. Audent uim facere scripturis sanctis, & in quamlibet speciem transformare, quis fuerit metus, aut quæ religio obstet, ne idem facere attentent in priscorum scriptis corrumpendis? Audent perspicuis sententijs Christi & Apostolorum de Baptismo inferre tenebras, quid ni Ecclesiasticis Scriptoribus offundant nebulas: Iamq; non obscurum præbuit specimen in hac ipsa Epistola, quo artificio, quibus commentis & corruptelis sit sui iuris facturus ueterũ testimonia. Habent isti Logodędali paratas suas regulas, & leges, ad quas astringunt quicquid usquam est in sacris literis de Eucharistia et Baptismo: perinde ut im-

ut imperiti Chirurgi uno emplastrō curant omnia uulnera: & Circulatores uno atque altero medicamento quibusuis morbis medentur: Ad eundem modum isti adhibent unā atque alteram glossam ad tegendas suas corruptelas, ubique utuntur hoc effugio, ut dicant: Signum obtinere nomen rei signatæ: Rerū appellationem signis tribui, propter solam quandam significationē: Panem dici corpus Christi, quia figura sit corporis & admoneat corpus Christi ꝑ nobis traditum esse in mortem. Hac ratione priscos Ecclesiasticos scriptores nomen corporis enunciasse de pane, non quòd senserint corpus uere adesse & distribui cum pane sed tantum corporis passionem adumbrari. Talia pharmaca adhibebit iste ad medicandas morbidas suas opiniones, & ad obtegendos suos errores. Cæterum

Verum ne habeas necesse occupari ex-quirendis sententijs Patrum, ne ue longius digressus frustra insumat ci-tandis non ita ad rem attinentibus, proponam paucas, ubi iudicium suum experiatur & fidem suam in illis tra-ctandis declaret.

Irenæus lib. 4. aduersus hære-ses, Cap. 34.

Quomodo dicunt carnem in corru-ptionem deuenire & non percipere uitam quæ à corpore Domini alitur?

Idem Lib. 5

Quando ergo & mixtus calix & fra-ctus panis percipit uerbum Dei, fit Eucharistia Sanguinis & Corporis Christi ex quibus augetur & consi-stit carnis nostræ substantia, quomo-do negant carnem capacem esse do-nationis Dei, qui est uita æterna, quæ sanguine & corpore Christi nutri-tur?

Iustinus Martyr in ii. Apologia pro Christianis.

Non ut uulgarem panem & uulgare poculum hęc sumimus, sed quē admodum per uerbum Dei caro factus Iesus Christus seruator noster carnem & sanguinem pro salute nostra habuit, sic etiam per uerbū precationis & gratiarum actionis sacratam ab ipso alimoniam quæ mutata nutrit nostras carnes & sanguinē, illius incarnati Iesu carnem & sanuinem esse didicimus. Nam Apostoli in suis scriptis quæ uocātur Euangelia sic sibi mandasse Iesum trādiderunt, sumpto pane, actisq; gratijs dixisse, Hoc facite in mei memoriam, hoc est corpus meum: similiter sumpto poculo actisq; gratijs dixisse, Hic est sanguis meus, & solis ipsis communicasse.

Cyrillus in Iohan. lib. 3. Cap. 13.

Christus non uerbo solũ semper, uerùm etiam tactu mortuos excitabat, ut ostenderet corpus quoq; suũ uiuificare posse. Quòd si solo tactu suo corrupta redintegrantur, quomodo non uiuemus qui carnem illã & gustamus & manducamus? Reformabit enim omnino ad immortalitatem suam participes sui.

Idem in lib. 10. Cap. 13.

An putat ignotam nobis mysticę benedictionis uirtutem esse? quę cũ in nobis fiat, nõne corporaliter quoque facit communione carnis Christi Christum in nobis habitare?

Chrysosto. Homilia 83. super Mattheum.

Credamus itaq; ubiq; Deo, nec repugnemus ei etiamsi sensui & cogitationi nostræ absurdum esse uideatur, quod dicit, superet & sensum & ratio-

rationem nostram quoque in omnibus & præcipuè in mysterijs faciamus, non illa quæ ante nos iacent solummodo aspicientes, sed uerba quoque eius tenentes: Nam uerbis eius defraudari non possumus, sensus uerò noster deceptu facillimus est: illa esse falsa non possunt, hic sæpius atque sæpius fallit. Quoniam ergo ille dixit, Hoc est corpus meũ, nulla teneamur ambiguitate, sed credamus, & oculis intellectus id perspiciamus.

Idem Homilia de proditione Iudæ.

Et nunc ille præsto est Christus, qui illam ornauit mensam, ipse istã quoque consecrat. Non enim homo est qui proposita de consecratione mensæ Domini corpus Christi facit & sanguinem, sed ille qui crucifixus est ꝓ nobis Christus. Sacerdotis ore uerba ꝓferuntur & Dei uirtute cõsecrantur & gratia: Hoc est,

ait corpus meum, hoc uerbo propo sita consecrantur. Vox illa semel quidem dicta est, sed per omnes mensas Ecclesiæ usque ad hodiernum diem, & usque ad eius aduentum præstat sacrificio firmitatem.

Theophylactus in Cap. 26. Matth. & 14. Marci.

Porro dicens, Hoc est corpus meum ostendit, quod ipsum corpus Domini est panis qui sanctificatur in altari, & non respondens figura. Non enim dixit, Hoc est figura, sed, Hoc est corpus meum. Ineffabili enim transformatione transformatur, etiamsi nobis uideatur panis, quoniam infirmi sumus & abhorremus crudas carnes comedere, maximè hominis carnem, & ideo panis quidem apparet, sed caro est.

Idem in Cap. 19. Iohannis.

Non simpliciter hæc fiunt sed quia Ecclesia per duo ista fit & consistit. Nam per aquam quidē generamur per sanguinē autem & corpus Christi pascimur. Cùm igitur accedis ad communionem Sanguinis Christi, ita affectus sis quasi ex ipso latere bibas.

In 2 Cor. Cap. 13.

Per idipsum (os) pręterea & Christus ingreditur, cùm sacrosanctum sumimus corpus.

Tertullianus lib. de Resurrectione carnis.

Caro corpore Christi uescitur, ut & anima de Deo saginetur.

Idem Serm. de Oratione.

Christus panis noster est, quia uita Christus: Ego inquit sum panis uitæ. Et paulò suprà: Panis est sermo Dei uiui, qui descendit de cœlis,

tum ꝙ et corpus eius in pane censet,

Hilarius lib. 8 de Trinitate.

Si uerè uerbum caro factum est, et nos uerè uerbum carnem cibo dominico sumimus, quo non naturaliter manere in nobis existimandus est, qui & naturam carnis nostræ inseparabilem sibi homo natus assumpsit, & naturam carnis suæ ad naturam æternitatis sub Sacramento nobis communicandæ carnis admiscuit. Ita enim omnes unum sumus, quia & in Christo Pater est, & Christus in nobis est. Si uerè igitur carnem corporis nostri Christus adsũpsit, & uerè homo ille qui ex Maria natus fuit Christus est, nósque uerè sub mysterio carnem corporis sui sumimus, & per hoc unum erimus, quia Pater in eo est, & ille in nobis, quomodo uoluntatis unitas asseritur, cùm naturalis per Sacramentum

tum proprietas perfectæ sacramentum sit unitatis. Atque hæc (caro & sanguis Christi) accepta atque hausta id efficiunt, ut nos in Christo, & Christus in nobis sit.

Tripertitæ historiæ libro nono, Cap. 30. Ambrosius ad Theodosium Imper.

Quibus oculis aspicies communis Domini templum? quibus calcabis pedibus sanctum illius pauimentum? quomodo manus extendes, de quibus adhuc sanguis stillat iniustus? quomodo huiusmodi manib. sanctũ Domini corpus, qua temeritate ore tuo poculũ sanguinis preciosi percipies, quãdo furore uerborum tuorum iniustè sãguis effusus est.

Augustinus Epist. 118.

Liquidò apparet quãdo primũ acceperunt discipuli corpus & sanguinẽ domini eos nõ accepisse ieiunos.

Nunquid propterea calumniandũ est uniuersæ Ecclesię quòd à ieiunis semper accipitur? Ex hoc enim placuit Spiritui Sancto ut in honorem tanti Sacramēti in os Christiani prius dominicum corpus intraret quã cæteri cibi: Nam ideo per uniuersũ orbem mos iste obseruatur.

Idem Sermone 28. de uerbis Domini.

Cùm de Sacramentis tractarem, dixi uobis, quòd ante uerbum Christi, quod offertur panis dicatur, ubi uerba Christi deprompta fuerint, iã non panis dicitur, sed corpus appellatur.

Idem Sermon. prima Dominica Aduentus.

Ideo rogo & admoneo, ut quantum possumus, cum Dei adiutorio laboremus, ut in illa die, cum sincera & pura conscientia & mundo corde &

de & casto corpore ad altare domini possimus accedere, corpus & sanguinem eius non ad iuditium, sed ad remedium animę nostræ mereamur accipere. In Christi enim corpore, uita nostra consistit, sicut ipse dixit, Nisi manducaueritis carnē Filij hominis, & biberitis eius sanguinē, nō habebitis uitam in uobis. Ex multis paucas sententias ueterum recitasse hoc loco sufficit, alij plures protulerunt, & suo tempore à me proferentur.

Post fictas autem querelas, & magnifica promissa præ cæteris mihi ꝑpitius & clemens, præ amore, ut credo, dignatur me primo loco adoriri, ob capitale meum peccatum, qui tacito nomine eius errores taxaui & reprehendi eius blasphemias. Magno conatu totus in hoc occupatur, ut à se remoueat duo, Alterum de turbandis Ecclesijs: Alterum accu-

 satione

satione blasphemiarum: alterius occasionem arripuit ex Epistola mea dedicatoria pmissa sententijs collectis ex Augustino, alterius ex libello de recta fide in negotio coenę Domini. In Epistola primùm laudo edictum Magistratus Saxonicarum ciuitatū quo arcentur Anabaptistę & Sacramentarij, quod ab his accusatur tanquam tyrannicum, à me uerò defenditur scripturis, & exemplis piorum Principum, piè pro officio Magistratus propositum esse. Deinde respondeo ad obiectionem de Concilij generalis cognitione. Oppono aliquot sanctas Synodos & Ecclesiarum iudicia ac cōsensum: Ostendo Sacramentarios falsò pr ętendere suam causam nondum iudicatā esse nec damnatā in aliqua Synodo. Postremò respondeo ad obiectionē de audiendis Prophetis, distinguēs qui Prophetę sint audiendi, qui non recipiendi

cipiendi. Ex uerbis Apostoli illos admittendos esse Prophetas doceo, qui & noti sint & probati, quòd habeant donum prophetiæ, & quorũ prophetiæ congruant cum Analogia fidei. Hæc iste Matæologus sursum & deorsum miscet, non refutat iusta ratione, non argumentis, sed insultans allatrat suis cauillationibus, calumnijs & uanis figmentis. Debebat probare à nostris Magistratibus Tyrannicè interdici ciuium consortio Anabaptistis & Sacramentarijs: Neminem de errore aut hæresi aliqua damnandum esse nisi celebrato prius Concilio conuictum: Promiscuè omniũ prophetias esse recipiendas, qui sibi arrogant nomen & locũ Prophetarũ, & ꝓphetiæ donũ: uerborũ cœnę deprauatiões esse ꝓpheticas interpretationes cõgruentes ad normã fidei cum Christi uerbis: his pręteritis inte[...]dit

per-

persuadere, Sacramentarios nõ perturbare Ecclesias, commemorat Romanorum Pontificum tyrannidem, concilia & iudicata, cum his confert Ecclesiarum Dei concilia, iudicata & facta, cõuertit se ad plus quã Lucianica mendatia: hereticum esse oportere qui non supplex amplectitur omnia quæ à nobis ueniunt: nõ esse usquam alibi præterquam inter nos querendam Spirituum & dogmatum dijudicationem: Christum Dominum oportere nostris syncretismis astrictum esse, non licere Spiritui Sancto præteruolare nostros Syncretismos, quin à nobis & ipse mendacij condemnetur: Et similia portenta mendaciorum fingit, qualia uix meretrix profligati pudoris in prostibulo ausit comminisci, quæ quamuis satis per se eluceant, tamẽ ordine diluam ut fiant conspectiora & mendaces isti suffundantur rubo
re, si

re si impudentia sciat pudere.

Accusationem de perturbatione uidelicet Ecclesiarum, ita à se amoliri presumit, ut neget id esse perturbare Ecclesias, accusare noua & suspecta dogmata. Nostra autē doctrina non est noua de Sacramento eucharistiæ, neq; suspecta, nisi nouatoribus & malè suspiciosis, sed uetus est ac nota inde ab Apostolis in toto orbe: Berengarius nouum dogma protulit, quod per annos aliquot sepultum renouauit schola Zuinglij, ex qua qui prodeūt magistri & discipuli addicto nouo & damnato dogmati, Apostolicam doctrinam ueterem traducunt tanquam nouam, eamq; suspectam & odiosam faciunt atq; ita nouas turbas mouent. Si noua suspectaq; dogmata accusare nō est perturbare Ecclesias: è diuerso concedant nobis, id esse turbas dare ueterem eamq; catholico consensu appro-

approbatam doctrinã impugnare. Omnis falsa & hæretica doctrina natura sua est turbulenta, sicut Diabolus pater mendacij homicida est & turbator. Quid maiores turbas ciet quàm dissensiones & discordiæ in religione? Verè scribit Nazianzenus Nihil tam conciliat pacem & cõcordiam quã consonantia de Deo: nihil tam excitat discordiam quã dissonantia de Deo. Sacramẽtarij admissi in nostras ciuitates & recepti in nostras Ecclesias nõ ita modestè & quietè sese continuissent quin excitassent disputationes cupidi etiam disputare, & ad disputandum coram uulgo se offerentes priusquã admitterentur, defensuri sua dogmata nostra oppugnassent, ex populo mobili traxissent aliquos in suas opiniones, inde fuissent consecuti motus, & tranquillitas cùm Reip. tum Ecclesię perturbata. Res scilicet abijsset sine

set sine turbis in Dania & in his Saxonicis Ecclesijs, si concionatores regios ꝓclamassent esse Sycophantas tyrannidem exercere Magistratus, sceptro suo coercentes Sacamentarios. Exempla docent in alijs ciuitatibus quā pulchrè constet cōcordia, quā pacatę sint Ecclesię & Respub. ubi Sacramentarijs permixtis in una societate à sanioribus contradicitũ: si doctrinæ inuicē sibi repugnātes & contradicentes nullas alias darent turbas, tamen perturbarent cōsciētias, q̃ perturbationes grauiores & nocētiores multò sunt quā quę lędunt externā pacē & tranquillitatē.

Frustra igitur q̃rit effugiũ ridiculè se excusans nō potuisse se turbare Ecclesias Saxonicas, cũ ad eas nō accesserit excepta Brema: Quasi uerò tantùm una ratio sit accedendi & perturbandi, & non possit aliquis aduenire & turbas etiā excitare per scripta

scripta & emissarios suos. Hac rati-
one facile etiam Romanus Pōtifex
Pseudoepiscopi, hæretici, & quicun
que improbi homines longè à se re-
mouerint culpam turbatæ Ecclesiæ
cùm corpore nūquam peruenerint,
neq; eò perueniant, ubi turbatur Ec
clesia ipsorum falsa doctrina, malis
consilijs, impijs conatibus & auxi-
lijs. Non uenit quidem Pseudolus
post discessum suum ex Anglia ad
Saxonicas urbes, sed uoluntas, ut
ueniret non defuit, si adfuisset spes
potiundi rebus optatis. Cùm lon-
ge remotus in orbe Britannico age
ret, peruagatus est longe latéque in
Germania, multas urbes, aulas, do-
mos & Ecclesias, ad quas sacramē-
tarium librum impressum Londini
circumquaq; emisit, ad inescandum
non postremi loci homines. Vbi in
Anglia non habuit locum tutū diu
tius manendi, & inde se primùm in
Daniam

Daniam, post in Frisiam recepit nō adijt quidem pedibus suis Saxonū Vrbes: Misit tamen κακάγγελον, καὶ ἀκουστὴν suum exploratum, possetne alicubi precibus, pertio, numis locum obtinere, ubi cum suo grege figeret tentoria, & more suo sacra perageret, uti consueuerat in Anglia. Quod consiliū cum legatus eius uideret frustra esse, occultare id egregiè sciuit, aliudq; negotium se agere simulauit, expetere se scilicet colloquia & disputationes, gratia purgandi Ecclesiam peregrinorū Londinensem à crimine Hæreseos, cuius in his Ecclesijs accusarentur, ut hac uia aliquid moueret, si non pateret alia ad turbandū pacatum hac Ecclesiarū statum.

Quod addit nobis adeo uideri intolerabile, nostra dogmata accusari ut ad nullū colloquiū uelimus ipsos admittere, longissimè abest à uero

Non defugimus lucem, non colloquia, nō disputationes non Synodorꝫ cognitionē detrectamus. Quātum ad me attinet, nūquā colloquiū denegaui, sed Micronio petēti obtuli & sine omni dilatione constitui statim cum ille peteret diem, adquē ubi conuenissemus, & ille postulasset rem agi coram pluribus adhibitis reliquis ministris, & aliquot ex senatu et ciuibus, ne id quidē pro mea persona recusaui, sed cum non esset in mea p̄tate, nec fieri posset sine cōsensu Magistratus, remisi eū ad Senatum, à quo quid illi responsi datum sit, optarem incorruptè narraret, non admixtis uanissimis fabulis. Quem autem exitum habiturum sit Colloquium, siue Publicum, siue Priuatum, (si quod cum Sacramentarijs institueretur) Marburgense nobis documento est, in quo doctrinā suam receptam & approba

probatam esse, uanissimè gloriatur Pseudolus adeo uictoriã collocat in obstinata contradictione & propugnatione erroris, non in causæ cognitiõe & dijudicatiõe legitima: ꝑmittit quidẽ se conuictos uerbo Dei cessuros, at quibus cederent, qui nõ cesserunt uiris eximiæ apud omnes authoritatis? Multò elatius erigunt supercilium, maiori que fastu præ se despiciunt omnes, quàm ut uicti ueritate dignenť cuiquã cedere. In breui scripto Epistolæ dedicatoriæ Heretico dogmati modis omnibus defert, assurgit, & applaudit, insolenť predicat, extollit, & miros triũphos agit, scribit negare se constantiss. ullos omnino fontes corporalis præsentiæ extare in uerbis Christi, doctrinam Ecclesiæ Dei defor mat, irridet, subsannat, explodit, pollicetur tamen ueritati se locum daturum. Si tam constanter negat & pro

 sua

sua constantia negaturus est, doctri nam de præsentia corporis et sangui nis Christi, aliquid firmi habere & solidi fundamenti in Christi uerbis, quid est quod colloquia requirit? quid uanis promissis circumducit lectorē quòd cedere uelit? quomodo constantissimus cedendo, inconstantiæ aliquam siue significationem, siue suspitionem dabit? Etsi autem nihil fructuosé agi poterit cum præfractis, quibus pertinacia in errore est constantia, tamen si ijs, penes quos est potestas colloquij theologici publici decernendi, uisum fuerit, eiusmodi colloquiū instituendum esse, habebunt certè, qui publicæ caussæ non sint defuturi, neque nos quod nostrum est, pro nostra paruitate facere uocati defugiemus.

In Epistola mea dedicatoria, minimè quoque negatur in Concilijs de dubijs et cōtrouersis articulis cogno

scendū

scendum esse: sed dixi, si nulla heresis sit damnanda, nisi cognitione facta & hereticis cōuictis prius in Cōcilio, malè agi cum Ecclesia & iniuriam fieri Anabaptistis qui damnentur non auditi in Synodo: Et adhuc dico, si cuiuis phanatico & sectæ debeat celebrari Concilium, nec cuiusquā hæresis damnari, nisi Concilij cognitio præcesserit, rem fore perdifficilem, periculosam, ne dicā impossibilem. Quis tum finis erit conciliorum? quis non error latè inualescet, & dabit grauiss. damna, priusquam coacto Concilio poterit reprimi? Tum quilibet poscet Synodo cognosci suam causam, nec patietur pertinatiam in tuēdo errore notari Heresis nomine, nisi antè Synodus pronunciauerit, ac priusquam id fiet, hæresi sua latè perrumpet, & uires acquiret eundo, audiētur querelæ, iniustè se damnari inauditum.

 Tum

Tum Anabaptistæ, Memnoniani, Stencfeldiani, & id genus monstra postulabunt se audiri uelle in concilio & conquerentur se iniquè dānari non auditos: tū nihil erit tā certum, firmum, tam confessum, q̄ non hæretica prauitas in dubiū reuocet & oppugnet, nihil tam sparget absurdum, falsum, impium, blasphemū, tam deniq; authoritate scripturę dānatum, quin retractari & denuo iudicari oporteat, etiamsi hęretici negent Christum esse uerum Deū uel uerum hominem, uel negent corporū resurrectionē, quorsū tū pertinet & ubi locū habet Christi admonitio de cauēdis Pseudoꝑphetis: & illud pręceptū Apostoli de ꝓbandis spiritibus q̄ ad singulos, nō tantū ad cōgregatos in Synodis dicta scimus.

Hic occlamat Pseudolus papistas idem dicere & eadem ratione nos damnare, frustra nos etiam appel-

lare

lare ad Concilium, nequicquã queri, ꝓ hæreticis inauditos damnari. Consilescet facile ille clamor, modò uelit attendere, non quis dicat, sed quid & quàm uerè aliquid dicatur aut secus. Quæ dicta sunt à me, ueritati consõnant, quicquid tandem Papa dicat, definiat, damnet aut probet: Non ideo oportet honestę matronæ sermonem per se uerum aspernari & reijcere, quòd Scortum similem proferat dissimili animo & in dissimili causa. Iniqua fuerit comparatio, si bona matrona compareturcum scorto, & boni uiri rectè facta comparentur cum malefactis uiri peruersi, specie aliqua boni fucatis. Quid conuenit luci cum tenebris? Quæ conuẽtio est Christi cũ Belial? quid cõfert Pseudolus Christi Seruos cum Antichristo? Damnat ille in causis manifestis ꝓ libidine contra Verbum Dei: nos errores

& hereses damnamus secundũ uerbum Dei. Non propterea quòd nostri rectè faciunt, ponendum est in parte tyrannidis, quod idem Antichristus iniustè facit & crudeliter tyrannidem exercẽdo: sicut Magistratus ex legibus ius dicens & pro merito plectens sontes, non est accusandus de tyrannide eò ꝙ Tyranni iniustè contra Leges insontes occidunt. Si ualebit argumentatio à Simili in spetiem facta in dissimilibus caussis, cum & Anabaptistæ & quicunqꝫ heretici ita se defendent, ut allegent similia facta in caussis dissimilibus, & dicant nos appellare ad Concilium, inauditos tyrannicè à Papa damnari, nos pro nobis allegare uerbũ Dei, se eadem hæc facere: Non ergo debere iudicari & damnari pro hæreticis. Si Sacramentarij pro inualido & irrito habent tale argumẽtum oppositum ab hereticis, qui non minus

gra-

grauiter ferunt quàm ipsi de hæresi se malè audire, in bonam partem accipiant; quod nos quoque idem ab ipsis nobis obiectum, pro nihilo et inefficaci ducimus. Ita distinguimus de Concilijs. Alia iudicant ex uerbo Dei pro ueritate, & rata merito habentur iudicata; alia iudicant contra ueritatem sine uerbo Dei & iure iudicium improbatur & reijcitur sententia lata. Concilium Nicenum ex scriptura rectè iudicauit de diuinitate Christi damnata heresi Ariana, tamets si aliqui contra Scripturam male iudicarent de coniugio interdicēdo Sacerdotibus. Concilium Vercellense & Turonense recte damnauit errorem Berengarij, malè tamē approbauit Transsubstātiationem. Alterum fecit secundum, alterū contra Scripturā. Ireneus, Iustinus martyr, Cyrillus, Augustinus, non posuerunt Transubstantiationem, nō

 ideo

ideo negata et reiecta ē ab illis pręsē tia uera corporis & sanguinis Christi. In multis concilijs, in nonnullis aberratum est, in aliquib. rectè definitum, non idcirco licebit rectè definita cum erratis abijcere. Viderit Pseudolus, quàm bene consequantū hæc: Transsubstantiatio ē damnata et damnanda: ergo & doctrina de corpore & sanguine domini pręsentibus in communione non est ferenda. Papistæ statuūt transsubstantiationem: sunt ergo Papistæ qui statuunt Carnis Christi præsentiam in Cœna? Neque enim omnia quæ Papistæ docent, tanquam papistica & impia damnāda sunt, ne dum damnantur, quæ sunt apud PApistas, damnentur quæ sunt Dei.

Colloquij Marburgensis nulla à me facta est mentio nisi uno atq; altero uerbo in Epistola scripta ad ho

norabilē uirum D. Iohannem Amsterodamum, nec uideo quamobrē uoluerit Pseudolus aliquid de eo mouere, nisi ut bene impudenter ageret Cretēsem, dum alijs Thrasonicæ arrogantiæ crimen non uerect, falsò impingere, ipse interim uanissimi Thrasonis personā agens gloriosè prædicat imaginarias, nescio quas, uictorias. lactat enim tantū abesse, ut doctrina Sacramentariorū sit damnata, ut etiam consentienter fuerit Marburgi recepta & approbata ab utraque parte.

Alterum uerè scita habet, quòd Sacramentarij, excepto Articulo de Eucharistia, receperint & approbarint nostrorum doctrinam: alterū longo interuallo, à uero dissidet, nostros recepisse, & approbasse in omnibus Sacramētariorū doctrinā: alioqui enim recepissent & approbassent multos errores. Consensit

quidem

quidem ad extremum utraq; pars in articulis, qui postea sunt publicati, sed antequam de his conueniret, nostri reprehenderunt non leues errores Zuinglij, quibus relictis, illi qui cum illo erãt nostris assenserũt. Extant hac de re aliquot Epistolę scriptæ post habitum colloquium ab illis ipsis uiris & quidẽ pręcipuis, qui rebus omnibus non interfuerant solum, sed etiam præfuerant. Inde excerpta quædam quæ caussæ subseruiunt recitabo.

In Epistola N. ad Iohannem Islebium.

Multa obiter dixerunt aduersarij ex quibus apparet eos rerum spiritualium ualde rudes esse. Articuli compositi sunt, in quibus Zuinglius recantat de peccato originali, de usu Sacramentorum, déque alijs locis quibusdam, de quibus semper incommode locutus est.

In Epistola ad Guilielmum
Reiffenstein.

Tandem aduersarijs suum errorē mordicus tenentibus & nobis etiā nihilo segnius partes ueritatis defensantibus discessum est: et haud scio an ulla unq; futura sit de sacramento inter nos concordia

D. Lutherus in Epistola ad sincerum seruū Christi D. Iacobū Probst Bremēsis Ecclesiæ Pastorē

Porro quòd Sacramentarij iactāt me esse Marburgi uictum, faciunt more suo: Sunt enim non solum mēdaces, sed ipsum mendacium, fucus & simulatio, quod testatur Carlstadius & Zuinglius ipsis factis & uerbis suis. Vides autem hos Marburgi reuocasse in Articulis positis ea q̄ de Baptismo, Sacramentorum usu, similiter externo uerbo, & alia quæ hactenus editis libris pestilenter docuerunt. Nos nihil reuocamus, at

cùm uicti essent, etiam in Cœna dominica noluerunt reuocare hunc articulum, etiamsi uiderent sese non subsistere. Hęc securè narrabis: si ego sũ Christi pdicator, imò si Christus ē ueritas hæc etiam uera scribo, ut habeas quod mendacibus, si nolint quiescere opponas. Hęc ille.

Consentiũt cũ his acta colloquij Marburgensis, conscripta haud dubiè ab aliquo pręcipuæ existimationis, qui uel ipse interfuit, uel ab alijs qui int̃fuerãt accepta retulit in literas, fide dignis. cũ uiri spectatæ fidei suis Epistolis subscribãt, et eadē narrantes ueritatē eorꝫ compbent.

Hęc igitur scripta testimoniũ dicunt & oñdunt quàm uerè glorietur Pseudolus, Zuingliãorꝫ doctrinã consentient̃ esse receptã, quanq̃ iuste crimineẽ, Thrasones quosdã iactare doctrinã ipsorꝫ esse pudefactã, qua crĩnatiõe ipsũ Lutherũ aspergit.

Ille

Ille enim scribit eos reuocasse in articulis positis ea quæ de Baptismo, Sacramentorũ usu, similiter externo uerbo, & alia q̃ editis libris pestilenter docuerant. Solet aliâs fictè laudare uirum uera laude & quouis honore dignum, ꝙ fuerit lumen Ecclesiæ, sanctum & salutare Dei organum: eundem uituperat ob arrogantiam & uanitatẽ thrasonicã: pręclara uerò lumina Ecclesię Thrasones, uerius dixeris tenebras, quã lumina, et quidẽ hoc ille mallet: ꝙ si in uno uerè prædicat, salutare organũ & Eccl. lumẽ fuisse, in alijs, ubi eius laudibus detrahit, uanissimus est.

Deformat indignis modis in hac sua calumniosa insectatione doctrinã de cœna Domini: simulat tamen se sanctã habere illius memoriã, cuius memoria, si, ut debet, apud eum sancta esset & inuiolata, non quę ita sanctè docuit incesseret scommatis

& con-

& conuitijs, nec me ferinis morsibus laceraret: sancte scilicet illius uiri recordatur, dum mentiri nihil pudet, etiam coram maiestate regia, cui debebat pudor esse mendacium prolo qui coram rustico & quolibet uilioris conditionis homuntione: audet, inquam, duo enormia mendacia proferre, nos assensisse doctrinæ ipsorum, & de sua dubitasse, suę sectæ doctrinam esse dicit illam de spirituali mãducatione, quasi etiam non nostra sit, & nostri nihil unquã docuerint de spirituali esu & potu corporis & sanguinis Christi, quasi unquam aliqua de ea dissensio fuerit, atque etiam nostri ante Marburgense Colloquium ab ea abhorruerint, & auditis Sacramentarijs primum didicerint, uel saltem assensum præbuerint, quod caro & sanguis Christi etiam fide spiritualiter percipiantur. Quis mendacissimus omnium magis deformia

formia mēdacia excogitet: cōstat nostros semper coniunxisse Spiritualem & sacramentalem manducationem corporis Dñi & sanguinis eius, nec alteram per alteram, quod isti faciunt, sustulisse. Dubitauit scilicet Vir tantæ constantiæ, consistēs in tantis periculis uelut immota rupes in fluctibus aduersus omnes tyrannos & sectarũ magistros, plus quàm Vatiniano odio innocentem persequentes, ille inquam dubitauit de doctrina defensa contra pertinacissimos & infensissimos hostes uoce, scriptis, precibus, non solum usque ad tempus Conuentus Marburgensis, sed usque ad extremum suæ uitæ diē Sacramentariam Hæresin damnauit in libello edito anno p̄cedente eius obitum, & in Epistola scripta ad D. Iacobum Propst ꝓximo mense antequam euocaret ex hoc exilio in æternam patriam.

Dubitauerunt ſcilicet reliqui pſtan-
tiſſimi uiri qui articulis concordatis
ſubſcripſerunt quorũ unus adhuc ſu
perſtes (ut ſemper in hac dimicati-
one pclarè ſe geſſit) anno ſuperiore
ſcripta Epiſtola ad amicum docto-
rem Medicinę ſacramentarij dogma
tis errorem refutatum condēnauit.
Audiamus uerò attētè, quàm forti-
bus argumentis fidem faciat, Luthe
rum cum ſuis collegis aſſentientem
Zuinglio dubitaſſe de ſua doctrina.
Inprimis commendauerunt Spiri-
tualem eſum, & preces cõmunes p
uero controuerſiæ intellectu inſti-
tuerunt. Habes duas demonſtratio
nes uim faciētes, ut nolis, uelis, cre
dendum tibi ſit Lutherum aliâs in-
uictum Heroa Marburgi arundinē
fuiſſe, déque ſua Doctrina ueniſſe
in dubium. At eędem ſi quid habēt
ponderis, cogent Pſeudolum cum
ſuo collegio fateri, ſe approbaſſe no
ſtrorū

strorum doctrinam et de sua dubitasse. Quia utrinque & nostri, & ipsi inprimis cõmendarunt spiritualẽ cõmunionẽ & utrinque pacti Christianã charitatem preces cõmunes instituerunt pro uero controuersiæ intellectu. Sępe factũ est in Ecclesijs, & adhuc consueuit fieri ut pro uera intelligentia Deũ deprecentur pij, certi de sua fide, nec tamen illæ preces pro errantibus pro argumento sunt, illos de sua doctrina dubitare qui orant ut errantes perueniant ad uerum intellectum, alioqui tota Ecclesia dubitaret cum preces faciat, ut non intelligentib. dominus aperiat intellectum. Astutè præterit quod in formula cõsensionis inseruerunt, quòd cœna Domini sit sacramentũ ueri corporis & sanguinis Iesu Christi. In hac parte Sacramẽtarij aut doctrinã nostram approbauerunt, aut uerbis solúm consentire fictè pr̨e se

 ferentes,

ferentes, reipsa dissenserunt, quod quàm deceat bonos & ueraces uiros (imò Theologos) aliorum sit iudicium. Nostri pia prudentia cauerunt sibi, ut distinctè ponerent manducationem spiritualem & praemitterent definitionem in qua complecterentur suam sententiam de praesentia corporali, quam non excludit, sed simul comprehendit particula, Inprimis, studiose addita, ubi dicitur, quòd esus spiritualis unicuique inprimis sit necessarius. Quod enim praecipuè perhibetur esse necessarium, non excludit alia necessaria. Quòd fatentur non potuisse planè inter ipsos cõuenire, an corpus & sanguis Christi corporaliter sit in pane & uino, id non probat, nostros in dubio posuisse suam doctrinam, sed indicat vtramque partem suam sententiã retinuisse, & in hoc uno articulo nõ coiisse concordiã. Punica ergo fide

uertit

uertit Pseudolus uocem germanicã, per Num particulam negatiuam, suum errorem non celans & alterius partis assertionē reuocans in dubiũ, cum illa Germanica uocula (Ob) cui latina, An, respondet, neque affirmet neque neget. Ex articulis, cõprobatis Smalkaldiæ multorꝶ excellentium Theologorꝶ totius Germaniȩ cõmuni consensu nihil quidem potuit uenari, quod pro se adduceret, conuertit se tamen ad propriam ipsi mētiendi artē, negat nos aliquid in eo conuentu habere, quod in doctrinæ ipsorꝶ condemnationē proferre possimus Ego uerò inde ꝓfero contra Sacramentarios hȩc uerba. De Sacramēto altaris sentimus panē & uinum in coena esse uerum corpus & sanguinem Christi, nec solùm porrigi dignis, & ab his sumi, sed etiam à malis. Etsi hic sacramentariorꝶ hæresis non taxetur nominatim,
 tim,

tim, quis tamen non uidet apertè cō-trarium approbando eam damnari? Antithesis autem expressè posita disertè repudiat dogma Sacramentarium de indignis, quòd non sumant Christi corpus & sanguinē, ad quod stabiliendū multa absurda & execrabiles blasphemias ex rationis cœco iudicio extruit.

Venio ad Augustanam Confessionem, quam nobis ademptam & turpiter stupratam, uiolentus Pseudolus, obtorto collo uult abducere in castra sua, grandi mendacio prudentes & scientes decepturus, ut credant eam contra nos p Sacramentarijs facere. Datur hinc intelligendi copia, cur Lutherus scripserit, Zuinglianos non solùm mendaces, sed ipsum fucū & mendacium esse. Vix eius mentione facta, statim prodit se spiritus Osiandri, sui iuris contēdit eū facere, neq; tn̄ equo animo

potest ferre, eã in precio hẽri, sicut enim ille calumniabatur miserè, ꝙ Doctores & Magistri in ꝓmotione promitterent se à symbolis fidei Catholicæ & ab Augustana confessione non discessuros, quod ille interpretabatur idem esse quod abnegare fidem, iurare in uerba hominis, alligari doctrinis humanis, eásque præferre scripturæ sacræ: Ita noster Pseudologus calũniat̃, Augustanã confessionem esse nobis sacram anchoram, æquari doctrinæ Apostolicæ, adeóque et anteferri. Non diffitemur sanè, magni nos illã facere, nõ ideo tamen ad eam tanquam ad sacram anchoram, sed ad sacrosanctam Scripturã & ad uerbũ Dei recurrimus, memores filium Dei cùm tentaret̃ à Diabolo, adhibuisse Dei uerbum ex scriptura, ad uincendas maligni illius tentationes, nosque instruxisse suo exemplo ut confugi-

 amus

amus ad uerbum Dei, superaturi & Sathanæ & Hæreticorum suggestiones, insidias & dolos. Exhibita est Confessio in Comitijs Principum, complectens compendio summam doctrinæ Christianæ fundatæ in uerbo Dei & hactenus defensa est, hodieq; aduersus suggillatores Papistas defenditur, ueluti consentanea cum doctrina Prophetarum & Apostolorum: Si alicubi ab ea dissentire noscitur, cur Momus non euidenti ueritate errata demonstrat, castigat, & corrigit? Si non habet q reprehēdat, cur suggillat nos quòd nimium ei deferamus? Cur non ut uerbum Dei magni æstimemus, quod de scriptura canonica authoritatem habet & à regula Apostolica non recedit? Neq; noui res est exempli doctrinæ formam simplicem & rectam complecti, eamq; congruam Scripturæ in precio habere & religiosè obseruare

tare. Quoties hoc fecerunt Episcopi in Concilijs? Quanti fecit Cyrillus symbolum Nicęnum, his laudibus extollens libro primo de Trinitate? Si quis fidem illam à sancta & magna Synodo, quæ olim in Nicęa ciuitate congregata fuit, optimè & diuino afflatu desinitam & expositam dicere uoluerit, basim animarũ nostrarum, fundamentumq́ inconcussum & munitum, is utiq; probatissimè loquitur, & ab ipso Christo laudem habiturus est. Idem in Symboli Nicęni expositione. Basis quędam & fundamentum immotum & inconcussum per uniuersum orbem factum est sinceræ irreprehensibilisq; fidei confessio. Etsi tales formulæ habent in quantouis precio, manet tamẽ suprema authoritas penes Scripturam sacram, eiq́ deferuntur primæ partes & ultimæ.

Narrat Pseudolus siue somnia si-

tre fabulas suas, esse inter nos, qui malint dubitare de Pauli Apostoli quàm de Lutheri uel Confessionis Augustanę doctrina, non nominat quenquam, ut multos suspectos faciat quibus nunquam in mentem uenit, tale aliquid uel dicere, uel cogitare. Nescio equidem, an quisquã tam sit Scripturæ sacræ imperitus, aut iniquus æstimator, ut ignoret quo loco & discrimine sint habendę diuinę & humanæ scripturæ: quòd illæ sint indubitatæ fidei & authoritatis, de his autem liceat dubitare, nec ullius docti & sancti scripta æquanda, nedum anteponenda sint Canonicis literis, neq; ita cuiusquã libros legendos, ut decet legere sacros libros, qua de re aliquot locis scripsit Diuus Augustinus, cuius sẽtentias etsi collegerit in quodam edito libello indefessus sacræ Scripturæ & scriptorum antiquorũ inuestigator

gator Iohannes Amsterodamus, tamen nihil uereretur Pseudolus perfricare frontē, nosq́ue aspergere suspicione & infamia, quasi non discernamus inter canonicam scripturā & alia scripta, sed pari loco habeamus.

Quantū repugnat ueritati quenquā inter nos malle dubitare de doctrina Prophetarū & Apostolorum quā de Augustana cōfessiōe, & nos hanc cū illa æquare, tātundē ueri habet, uerba cōfessionis de cœna Domini, nihil ptinere ad p̄sentiā carnis & sanguinis Christi, quā credūt nostrę Ecclesię & cōtra nos p Sacramētarijs facere. Quis miretur Zuinglianos detorquere p libidine Veterū sententias clarissimas, & in suas partes uiolenter pertrahere, cùm audeant Augustanam confessionem ad se rapere? Vim faciunt & affingunt corruptelas suas audacter scriptis adhuc uiuentium: quid quęso fiet

fiet de scriptis defũctorũ uita? A quibus obsecro scripta et exhibita est Augustana confessio, à sacramentarijsne, an ab Ecclesijs Saxonicis & coniunctis? suæ fidei & doctrinæ confessionẽ nostri exhibuerunt, an Sacramentariorũ? cum Ecclesiæ nostræ exhibuerint confessionem de sua fide & doctrina, quam ab eo tempore quo exhibita est, constanter retinẽt & profitentur, quomodo pertinet articulus cõfessionis de Eucharistia ad dogma Sacramentariorũ, non autem ad doctrinam nostrarũ Ecclesiarũ de corpore & sanguine Domini præsentib. in synaxi? Oppugnat Pseudolus doctrinã cõiunctorũ Augustanæ confessioni, & uult tñ persuadere, quod articulus confessionis de exhibitiõe corporis & sanguinis Christi faciat pro Zuinglianis, qui defendunt panem & uinum, nõ autem corpus & sanguinem Christi dispensari

dispensari & sumi ad commemorationem mortis eius. Quis præstigiator sic illudat sensibus, quemadmodum suis præstigijs iste mentibus illudit? Nunquid aliud præ se tulerunt uerbis qui exhibuerunt confessionem Augustæ, & qui subscripserunt & aliud senserunt? Nunquid fecerunt cothurnum aptum utrique pedi? Nunquid postea defecerũt ad Sacramentarios? Non scio de cuiusquam defectione, uerùm si defecerunt aliqui, num id fraudi erit alijs? & consensui maioris partis derogabit? num mutabit ꝓprium sensum uerborum quę perspicuè in confessione Augustana sunt expressa? Magistratus & Theologi post exhibitã Confessionem sequentibus annis se declarauerunt factis ipsis, improbare se Sacramẽtarium dogma de Eucharistia, idq́ minimè conuenire cũ Augustana Confessione & Ecclesiarũ.

trũ suarum consensu. In Comitijs Imperialib. Gubernatores politici cum Theologis semper separauerũt suam à Sacramentariorũ confessione ꝓpter dissensionem de cœna Domini. Nec solùm in concionib. sed etiã in publicis suis scriptis hæresin Sacramentariam damnauerũt, Principes etiam & Ciuitates publicis suis edictis represserunt. Quomodo appellarent, et ut fabulat᷑ Pseudolus ad Augustanam confessionem tanquã ad sacram anchorã cõfugerẽt, si cõtra ipsos ꝑ Zuinglianorũ partib. staret? Non puto perfricta fronte dicturum usq; adeo dissidere eos secũ, ut receptum habeant ad confessionẽ quę repugnet doctrinę quã ꝓfitent᷑, & eam approbẽt quam auersantur. Quid multis opus? Apologia addit luculentam declarationem articulo Confessionis, quanquam alioqui satis dilucidè posito, facileq; tollit nodum

dum, quem Cretensis facit in re plana, Christi Corpus & Sanguinem, substantialiter adesse & distribui cũ Pane & Vino in communione affirmat, non tantùm Romanam Ecclesiam, sed etiam Græcã idem & nunc sentire, & olim sensisse astruit. Disertè habet eadem Confessio in articulo de Missa, Christum exhibere nobis corpus suum, ut testetur se in nobis efficacem esse, tanquam in membris suis, exhibere Saguinem, ut testetur, nos ablui sanguine suo. Ibidem paulò pòst, commemorat unum aliquẽ solitum fuisse in Græca Ecelesia celebrare Liturgiã, qui cœteris omnibus porrexerit Corpus & sanguinem Christi. Quòd autem in Articulo de usu Sacramentorum præmittit, Fide accipi promissam gratiam, quam Sacramenta significant, docet Fidem requiri in utentibus SACRAMEntis,

nõ ideo miſcet definitionẽ & uſum rei, nec intelligi uult pane & uino ſignificari Chriſti corpus & ſanguinem, & accipere corpus Chriſti nihil aliud eſſe quàm accipere gratiã, Verba igitur non mentem Auguſtanæ confeſſionis Pſeudolus recipit, & id facit quod ſcribit Irenæus, Vſitatum eſſe Hæreticis: Similia loquitur, diſſimilia ſapit. Et ut inquit Hilarius, Ambiguitate uerborum ſimplicitati audientium illudit.

Somniat Epimenides ille Cretenſis facilè poſſe conſenſionem induci, ſi nihil aliud pręter Auguſtanam cõfeſſionem requireret. Nam qualis eſſet futura conſenſio, quam firma ac ſtabilis concordia, ubi fieret Conſenſio uerbis, in rebus maneret diſſenſio? Vera concordia non conſiſtit in uerborum ſimilitudine & conſonantia, ſed animorum idem ſentientium coniunctione. Idcirco uult

Apo

Apostolus, concordes non solùm loqui, sed etiam idem sapere. Si nihil aliud requireret ad cōsensionem & concordiam quàm consonantia uerborum, benè conuenisset Arianis cū Catholicis, cum uerbis ederent penè similem consensum: Non difficilis esset cōciliatio cum Papistis, Hæreticis, qui errores suos intimè celātes & oportuno tempore proferentes, possent idē sonare & loqui cū ijs qui tenent rectam fidem. Posset quidem utcunque transigi & constitui concordia cū Sacramentarijs iuxta formulā Augustanæ confessionis aut similem, uerū neutri ita continerent se intra metas præscriptæ formulę, quin pugnantes sententias afferrent, cùm uentum fuerit ad declarationem. Experientia testatur quàm feliciter cedat, quamq; durabilem constituat concordiam, conciliatio in uerbis magis quàm

in rebus posita, ubi utraque pars retinet suam sententiam in ijsdem uerbis, docet id Historia fucatæ consensionis factæ inter Arianos & Orthodoxos, & nostro tēpore in Colloquio Marburgensi inter Sacramentarios & nostros, quando illi pòst qualemcunq; transactionem factam Marburgi nō destiterunt in concionibus & scriptis suū dogma passim ingerere & dilatare, & nostrarum Ecclesiarū doctrinam subuertere. Taceo nunc, nullo modo decere, in Ecclesia Dei uerbis ludificari, pugnantia cum ueritate Christianę fidei & uerbo Dei ambiguis formulis & fucatis conciliationib. obtegere, neq; fidē nostrā pati includi se in angustias uerborū, ut ex prędscripto semper utendū sit uerbis conceptis, nec explicandum quam uim habeant & pias mentes circumducere & in dubio relinquere.

Postquam uiolenta manu insecta in Augustanã Confessionem eã sibi mancipare nefariè conatus est Pseudologus, conuertit se ad uerba cœnæ Domini hęc sibi uendicaturus, uarias & pugnantes interpretationes, hoc est, deprauationes & distractiones, confictos etiam tropos defendere molitur, quasi nihil omnino sit dissidij, & bellè conueniãt Sacramentariorũ commẽta cũ mẽte uerborũ Christi. Pręmittit pœmia digna tali conatu & appositè cõgruentia eiusmodi argumẽto tractando. Cõgerit magno aceruo atrocia crimina, nos nolle discedere ab eo quod semel tuendũ sumpsimus, destitui nos Scripturę pręsidijs, causam nostram calũnijs & maledictis fulcire, uenari occasiones omnia, quæ ab illis sint dicta aut scripta, deprauandi, uiolari à nobis uerba Cœnæ, quę dum magno strepitu fortiter cri-

minatur fortis ille bellator, quid aliud efficit, quàm quòd ostendit se egregium artificem esse in criminando, calumniãdo & maledicendo, & implere scripturam, quae conqueritur de falsis maledicis doctoribus, os eorum plenũ esse maledictione? Non indiget ueritas nostris mendacijs, quae habet Deum defensorem & uindicem. Non uelim emolumenti ullius gratia uel in re pecuniaria mentiri, nedum in causa attinente ad Ecclesiae Dei syncerã & incontaminatam fidem: non puerum fallerem mẽtiendo, non duriore uerbo lęderem, nedum maledictis incesserem uiros authoritate & doctrina praeeminentes. Agant talibus praesidijs suam causam, fingant, mentiantur, maledicant, & calumnientur, qui malę causę patroni necesse habent mendacia mendacijs tegere, propugnarę & utcunque fulcire,

ſulcire, & in una re, uani, atque mēdaces mendaciſſimi ſunt, etiam quando adhibitis uarijs coloribus, fucis & pigmentis ueritatis ſpeciem maximā prę ſe ferunt ac multa uera falſis permiſcent. Candorem & ἐπιείκειαν in aliorum dictis & factis interpretandis benignè & cōmodè, modò non uioletur ueritas, ut admiramur, diligimus & gratiſſimam habemus in omnibus bonis uiris, ita minimè captioſè uenamur ullas occaſiones deprauandi cuiuſquam rectè dicta & facta.

Verba cœnæ Domini Sacrmentarios diſtraxiſſe, excogitatis uariis Gloſſis, & inter ſe pugnantibus Commentis, ut quis fidem faciat, nihil neceſſe habet captare aliquam occaſionem: Libri ipſorum uel obiter inſpecti, ſatis ſuperque id oſtendunt. Protheus iſte cum quo mihi iam res eſt, in uno libro Cor-

poris uocabulum fingit & refingit in significationes quę inter se dissident & nequaquam uni uoci competunt, Corpus significat illi Carnem Christi, meritum corporis, ius in corpore, communionem nostrā cum Christo Domino, Ecclesiam, actionem & formam cœnæ. Explicatúrne hîc una res uariè, ut una eadémque sententia retineatur? Si corpus significat Christi carnem quomodo recipit alia peccata in uno loco & argumento? Si significatur appellatione Corporis actio cœnæ, quomodo congruit expositio, quòd significet communionem nostram cum Christo uel Eccesiā? Si de Ecclesia intelligitur, Quomodo designat actionem cœnæ uel quiduis aliud? Sed de hoc dissidio & hac pugnantia prolixius respondi in altera mea Defensione. Quàm autem uenator Pseudolus omnés

omnes persequatur uias, quàm inuestiget & captet ubique materiem calumniãdi & cauillandi nostra, insigne specimẽ prębent paucę pagellæ unius maledicæ & calumniatricis Epistolę unde pauca aliquot paradigmata proponam.

Conspirauerunt Sacramentarij in Zuinglij sectam & Dogma, faciunt, augent, & quantum possunt corroborant suas conspirationes. Postulant ab alijs imperiosè pro sua authoritate, ut socij fiant coniurationis & sua nomina dent consensionibus subscribendo. Has suas conspirationes habent pro sanctis consensionib. Nostrarum Ecclesiarum concordia ac consensio est illis conspiratio & cõiuratio quędam. Molestè ferunt stare nos pactis Iurisiurandi, qui in Baptismo iurauimus in uerba Christi, & memores nostrę obligationis Christo Domino no-

ſtro ſeruare fidem, & non diſcedere ab his uerbis, HOC eſt Corpus meum, in quæ etiam extendit ſe noſtrũ Iuramentum, & non in uerba hominum iurare, hoc eſt, Sacramentariorum inuenta & placita non anteponere uerbis filij Dei. Exprobrat nobis aliquoties coniuratorum ſocius ſanctum Syncretiſmum. At quid fuerit optabilius, quid utilius Eccleſiæ, quàm ſi ubique depoſitis contentionibus, & certaminibus Syncretiſmum facerent, qui magno offendiculo & publico damno inter ſe digladiantur, & tandem ipſi Sacramentarij abiectis ſuis erroribus coniungerent ſe nobis ſancto ſyncretiſmo & fœdere, quod fieret magno bono Eccleſiæ.

Malè habet, & grauiter premit coniuratores Zuinglianos conſenſus multorum celebrium Theologorum & Eccleſiarum, oppoſitus iſtorum

istorum coniurationibus, & expositus ante oculos in clara luce in Farragine collecta à Dom. Timanno Amsterodamo: ideo cõuiciator prę studio criminandi, obliuiscitur suæ personæ, ingeminat plus centies uocabula digna potius cupedinario ex docto in schola Apitiana quã Theologo primario. Noua Etymologia ex grammatica Apitij, dictam à farre farraginem, deducit à farciendo, & farciminibus, nimirum inuenturus sibi Allantopæi nomen apud pueros Elementarios in triuiali ludo, si apud illos nouo acumine ingenij sic deduceret farraginem à farciendo. Nonnunquam recedens paulisper à culina sua Apitiana, deducit à farciendis centonibus, quasi Farrago dicta sit ab intestino referto minutim concisa carne, uel à plumis, quibus culcitræ & centones solent, & ignominiosa sit appel-

latio non à magnis etiam authoribus usurpata. Fortasse caput illi dolet & indignè fert, nos nimis duros Centones facere, qui mallet delicatulus molles capiti suo supponi adulando & blandiendo. Pulchra uerò & uenusta fuerit allusio, si dixerit, se allusione quadam propter literarum & soni similitudinē uocabulum transtulisse ad centones & farcimina.

Quid habet porro reprehensionis recitasse in uno libro multorū præstantiū uirorum præclaræ fidei sententias? fecit idem Augustinus, fecêre item non pauci nostro tempore. Quid prodit nisi petulantiam & insectandi libidinem uocabula arrodere, ueluti canes arrodunt ossa & mordent lapidem in eos proiectum, & inde arripere materiem bene meritos de Ecclesia fideles ministros criminandi, quando res

seu

ſeu opus ipſum iuſtis de cauſis culpari non poteſt niſi à Zoilis inſanientibus cœco odio ex cupiditate iniuſtæ uindictæ.

Ex ea nimirum officina uenit cauillatio ieiuna arrodens quoque Titulum Libri in quo Timannus ſcripſit, ſe PAſtorem in Eccleſia Martiniana. Non potuit calumnia præterire quin in fronte ſtatim ſui libri corrumperet uerba tituli & Martinianũ paſtorẽ illum diceret, et carperet in Epiſtola, non Euangelicè Timannum appellaſſe ſe Paſtorem, in Eccleſia Martiniana, Quaſi Euangelio ſit contrarium ab aliquo ſiue Apoſtolo ſiue Martyre, ſiue Epiſcopo denominare locum, in quo Eccleſiæ pars commiſſa certo paſtori ſoleat conuenire, & non ex ueteri conſuetudine Euangelio nihil repugnanti ſit receptum & uſitatum tali denomi-

natione

natione dedicare locum seu Parochiam, in qua Pastor Ecclesiæ portioni presit: nisi uerò solos apud Sacramētarios omnia quæ sunt apud Papistas ita sint penitus abolita, ut nihil inde manserit, nec aliquid reliquum habere uelint, ne quidem altaria, templa, ædes, agros, pecuniā, redditus quos Pontificij aliquando habuerunt, à quibus tamen non in totum abhorrere piè credimus. Sed hæc minutiora, & leuiora, præ ut alia sunt, missa facio, & redeo ad grauiores calumnias atq; mendacia refutanda.

Tropum suum auferētem ex Eucharistia presentiam corporis Christi & relinquentem nobis panem & uinum, in sublime euehit, & plenis buccis prædicat, se in statuenda tropica interpretatione uerborum cœnæ sequi Patrum omnium doctrinā ipsamq; Scripturæ phrasin, tametsi

ne uno quidem uerbo ſcribant, Tropum eſſe in uerbis Chriſti, qui auferat nobis è cœna myſtica cibũ corporis & potum ſanguinis eius, neq; quiſquam ex omnibus Sacramentarijs protulerit, aut rectè ꝓferre poſſit unum iota, ubi dicant uerba Tropicè EST pro ſignificat, CORPVS, ꝓ ſymbolo corporis accipi oportere. E contra abijcit extremè noſtræ fidei ſimplicitatẽ, dãtem gloriam ſermoni Chriſti, quod ſit perſpicuus & facilis (fidei, quamuis obſcurus & difficilis incredulitati) ſanus & firmus nõ indigens remedio Tropi ab hominib. conficti & illati in Scripturã. Nullam nos hactenus attuliſſe necdũ afferre interpretationem perſonat, nihil enim D. Lutherus, nihil Brentius, nihil alij pręclari Theologi rectè & appoſitè interpretati ſunt: non pro interpretatione ſunt accipienda quæ docuerũt

runt & scripserunt de uerbis Eucharistiæ, nullas interpretationes certas habuerunt Ecclesiæ secutæ simplicia uerba Christi & Lutheranorum expositionem, nō adhibuerunt remedia & Pharmaca, quæ omnibus incommodis absurdis & offensionibus rationis humanæ medeant̃ & opitulent̃. Hoc fecerunt Aesulapij & Machaones sacramentarij, inuenta Panace, hoc est, Tropo suo. Nihil Lutherani uiderunt, nihil laborauerunt Lutherani, at illuminatissimi sacramentarij planè linceis oculis uiderũt omnia: illi de cœlo lapsi Prophetæ audiendi sunt, si quis uelit cũ Angelis Sathanæ de Cœlo ad ima Tartara recidere.

Si quã nostri interpretationẽ afferũt uel attulerũt, censet noster Apollo serere pugnas in Scripturis, fidei Analogiæ repugnare, & nusquam in scriptura posse commõstrari, quia

statuit

statuit pręsentiā & māducationē carnis & sanguinis filij hōīnis sedentis in dextera Patris, id ꝙ nullus Sacramentarius capit sua ratiōe & eiet max. pugnas inter ipsos & Lutheranos, & cum illorū fide non cōgruit. Postulat ergo ꝓferri iterp̄tationē cōcinnā ad quā sapientia rationis non impingat. Nam Euāgelistę & Paulus nō sunt illis concinni interp̄tes, qui dicunt, panē esse Dōini corpus calicem sanguinē eius. Durus hic est sermo, tropo mitigandus. Si nos paruuli nō proferamus eiusmodi interpretationē, sicq; homines simplices & plebei in populo Christiāo nō possint proferre quæ satisfaciant Logodędalis extruentib. fundamētum & fastigium fidei ex ratione, tū periclitatur scilicet Fides nostra, tum uicerint Sacramentarij. Atqui eo modo in dubiū ueniet totius religionis nostrę fides, & uicerint Herctici

tici. Nam omnes quærunt concinni tatem in interpretatione, quæ cum rationis iudicio consonet per omnia cum Scriptura. Arius cōminiscens Christum similem Patri excellentiori aliqua supra res conditas dignitate & prestantiorem aliĳs creaturis, negans autem consubstantialem esse Patri, quesiuit commodā interpretationem & ita se scripturas componere & aptare putauit, ne uiderentur inter se pugnare. Ita Iudæi persuadēt sibi Scripturas concinnè se interpretari iuxta suos sensus, si unū Deum confitentes negent tres esse personas: Item si Scripturas, quæ loquunt̃ de humiliatione, ignominia, & morte, transferant à Messia in alias personas & illi nihil nisi gloriosum regnum, uictorias & pacem mundi asscribant. Ita Menno uidet̃ sibi aptè conciliare & componere scripturas pro sua Hæresi Valentiniana

tiãa & Nestoriana, coaceruat frequentes & densas scripturas, ita ut Sacramentarij faciunt, & nõ minus speciosos colores cõcinnandis suis erroribus superinducit. Respondemus ergo simpliciter Sacramẽtarijs & quibuscunque Hæreticis postulantibus à nobis speciosas & plausibiles interpretationes, quę uenusta harmonia consonent in scripturis, ut nulla ex parte rationis iudicio & applausu uideantur dura & absurda esse, & flagitantibus à nobis nostræ fidei demonstrationes, aut probabiles, aut persuasibiles rationes. Fides omnibus demonstrationibus firmior & certior est. Regni Dei mysteria Fides percipit. Rectè catholicæ disciplinę maiestate est institutũ, ut accedentibus ad religionem persuadeatur ante omnia Fides. Nos credere ante rationem non solùm saluberrimum iudicamus, sed tale om

 nino,

uino, ſine quo ęgris animis ſalus rei
dire non poſſit. Fatemur nos Chri-
ſto credere, & animum induxiſſe, id
uerum eſſe quod ille dixerit etiamſi
nulla ratione fulciatur, Humana
mens hoc ſolùm ſapit quod intelli-
git, & mundus hoc tantum quod po
teſt credit ſecundum Elementorū na
turas, id autem poſſibile exiſtimat,
quod aut uidet aut intelligentia ſua
adſequitur. Nos autem nullum uer
bum credimus impoſſibile eſſe apud
Deū. Hæc laus eſt fidei, ꝙ id quod
nō uidetur, & ratione non intelligit,
credit: Nam quid magnum eſt ſi id
creditur, quod uidetur? Nobis non
eſt mirum, ſi in ſpiritualibus, in cœ
leſtibus & in his quæ habent reuela-
ri hoc patimur, quòd ea ignoramus
quandoquidem coràm, quæ ante
pedes ſunt, dicimus autem quæ in
hac creatura ſunt, quæ & conterun
tur & uidentur à nobis, & ſunt no-
biſcum

biſcum, & fugiunt noſtram ſcientiam, & Deo hæc ipſa cōmittimus: mirati Chriſtiana myſteria, cogimur exclamare, noſtras res eſſe ſublimiores, quã ut ulla mēte, ulla ratione, ulla creata natura percipi queant. Perplexis quæſtionibus, opponimus paratam ſolutionem, fidem uidelicet, quæ hæſitationes omnes diſſoluat. Cęterum neque eſt difficile, neque laudem aliquam meretur credere, panem eſſe panem, uinum eſſe uinum, nec opus eſt ſcripturas conquirere eáſque adaptare, ut hoc perſuadeatur. Vident hoc oculi & guſtus dinoſcit, uerùm credere panem in Euchariſtiæ Sacramēto eſſe Domini corpus iuxta ipſius uerbũ, uinum ſanguinem eius, hoc demũ opus eſt fidei Chriſtianæ, nec aliter niſi fide cognoſcitur firmiter aſſentiēte ueritati dicēti, Hoc eſt corpus meum, hic eſt ſanguis meus noui te-

 ſtamenti,

stamenti.

Veritas sermonis Christi & fides in eius uerbum facilè nos liberant à crimine Idolatriæ, de qua nos falsò accusat Pseudolus quòd panem adoremus: Ita bonus uir sanctè ueneratur memoriã & nomen D. Lutheri, cuius doctrinam de Artolatria accusat, cũ ille acerrimus hostis Idolatriç Papisticam Artolatriam destruxerit. Nos uerò non idolum aliquod colimus, non panem adoramus, dum peragimus sacram cœnam, & sanctissima carne & sanguine nostri redemptoris nos pasci & refici credimus, sed adoramus Christum Iesum, Dominum & Deum nostrum, secundum uerbum & promissionẽ præsentem. Idolatria Deo fraudem facit, honores illi suos denegat & confert alijs, fraudi etiam contumeliam iungit. Quid horum facere nos falsus Accusator potest

probare?

probare? Num Deo facimus fraudem? num illi denegamus suos honores & conferimus Idolis? Num fraudi iungimus contumeliam? eò quòd credimus, quòd filius unigenitus Dei credendū uerbis suis praescripsit & agimus quod ille iussit?

Idolatrę discedunt à uerbo & fide sequunt̃ cogitationes cordis sui, eligunt & praeferunt uerbo Dei, quod ipsis placet: nunquid nos discedimus à uerbis & fide? nūquid secuti nostras cogitationes eligimus quae nobis placent, qui cum tribus Euangelistis & Paulo ex ore filij Dei dicimus, Panem Eucharisticum esse corpus Christi, & calicem Sanguinē ipsius? an uerius Sacramētarij conuincuntur discedere à uerbo & fide suiq́ cordis cogitationes sequi, & eligere quod ipsis arridet, qui praeter panem & uinum nihil adesse & sumi in communione contendunt?

Species est Idolatriæ omnis hæresis, quia eligit, mordicus retinet & defendit quod rationi pulchrum, uoluntati, uerbo & gloriæ Dei repugnat, atque ita colit & adorat Idola quæ format, & omnes Hæretici sunt quodammodo Idolatræ, Quia eligunt, formant, & colunt idola sui cordis. Hæret ergo crimen Idolatriæ in ea parte quæ uerbis Christi deprauatis & detortis sequitur cogitationes blandientes rationi & adorans Idola formata in corde de Hæresi conuincitur.

Idolatræ instituunt & obseruant cultus & sacra sine uerbo Dei, nos non instituimus, non obseruamus, non pagimus sacra, aut cultus absque uerbo, ut non peragimus cœnam non institutam uerbo Dei. Falsò igitur confert in nos culpa Idolatriæ, qua sese astringunt Sacramentarij uerè Artolatræ. Ipsi enim fingunt sibi cœnam uacuam uero corpore & sanguine

guine Christi, sua Sacra peragunt in solo pane & uino: negant enim adesse & sumi Carnem & Sanguinē Christi. Obseruant ergo & peragūt cultū sine uerbo, adeoq; contra uerbum Dei. Si Sacramentarij aliquid pensi haberēt, quid editis libris spargerent in uulgus, & uerba sua uel leniter expenderēt, nunquā tā incogitanter, tam temerè & mendaciter nos accusasset artolatra, sed laborasset in trabe eximenda ex oculo suo.

Si in Timore Dei ad animum reuocarent, quòd reddituri sint rationem coram tribunali iusti iudicis de omni uerbo otioso quod locuti fuerint, non ita Pseudolus coactus, non à nobis, sed sua ipsius improbitate & cæcitate Hæretica, effusis habenis, nos inuaderet calūnijs & maledictis suis, non his mendacijs nos oneraret, nos eo loco haberi uelle, à quibus solis prodierit & in

quos item solos reciderit doctrin§ Euangelij Christi. Hæreticum ꝑtinus esse oportere, qui non supplex omnia, quę à nobis ueniunt amplectit, non alibi usquam præterquã inter nos quęrendam Spirituum & dogmatum dijudicationem, Spiritum sanctum astrictum nostris syncretismis, nusquã se exerere posse nisi continuò à nobis Hæreeeos dãnari uelit. Non licere illi prætervolare nostros Syncretismos, quin à nobis mendacij condẽnet: nos Papæ Tyrannidem ad nos pertraxisse sub plausibili Titulo Euangelij: O miram lenitatem, mansuetudinem, & modestiam: O largitatem in deferendis amplis honoribus qui solent conferri in Ecclesia Cingliana. Exclamarem hic contra blasphemias, sed prohibet Spiritus mansuetus & placidus Sarmatici prophetę, nihil sustinens uehemens, iracundum

dum & clamosum. Sed quid est blasphemia, si hęc blasphema non sunt Spiritum Sanctum liberrimũ à nobis astringi, Hæreseos & mendacij damnari, et hæc in nos cõferre non alias ob causas quàm quòd stamus in ueritate sermonis Christi, quòd Pseudoprophetis contradicimus, quòd ab his cauere monemus, quod Cinglianam Hæresim & mendacia quæ obtrudunt pro interpretatione prophetica non recipimus? Fingit ambitiosa superbia & Diabolica inuidia, nos certare cum Sacramentarijs de loco, nobis solis arrogare cõmunia totius Ecclesię, nobis solis uendicare donum prophetię, & interpretationem scripturarum nobis solis tribuere, quòd spiritus Sanctus nos solos doceat, regat, per nos loquatur, denique sumere nobis ius damnandi pro Hæresi & mendacio quæcunque nobis libeat damnare.

 Satisne

Satisne honorificè nostras Ecclesias ornat & cõmendat, quod sint Ecclesiæ Christi? quantum abest ut nõ damnet nos pro Papistis & coniuratis Antichristi? iste enim sibi soli illa omnia arrogat, sibi rapit titulum Ecclesiæ, sibi donũ & ius interp̄tandi scripturas, sibi potestatem iudicãdi, definiendi & damnandi uendicat, se suaq́ conuenticula regi à spiritu Sancto gloriatur, ut errare nullo modo possit: Iste deniq́ & personam Tyranni gerit & partes explet.

Nos cum nemine certamus, quo uelimus loco haberi? at prodit se ambitio in Pseudolo frremente & murmurante, quemadmodũ olim Abiron, Chore & Dathã murmurabant, dum insurgerent contra Mosen & Aaron dicentes: Nunquid Spiritus Domini tantũ in uobis est? Non continet se aliâs, quin prodat Spiritus suam inuidiam, superbiã,

& am

& ambitionem, iactanter disputan̄do & reuocando in dubium à Cinglianisne an à Lutheranis prodierit doctrina Euangelij, plúsne illi laborando, prædicando & scribēdo præstiterint, Vtri doctrina, eloquentia alijsque donis excelluerint. Talia enim audias in colloquijs & legas passim in libris Cinglianis, q̄ indigna Christianis, sapiunt Carnem & æmulationes. Taceo quàm sæpé detrahant irritati & extremè contemnat, si quando quis audet uno digitulo attingere, quā cōspuāt doctrinam Lutheri de Corporali præsentia in Synaxi & de Baptismi effectib. & beneficijs. Sæuit in me Vrsus Sarmaticus, mordet & lacerat, prætexens callidè, me & paucos alios se insectari, interim tamē sub nostra persona & nomine, q̄ alioqui facere nō auderet, liberius & cō tumeliosius exagitat, deformat & damnat

mnat D. Lutheri doctrinam & omnes Ecclesias, quæ illam professæ retinent & defendunt, nec communicant cum Sacramentarijs. Nobis uerò (ut dixi) certamen est non de loco, non de nostro honore, non de nostris donis, nō de excellentia, nō de Elementis & rebus externis, sed de rebus omnium maximis, de ueritate & intelligentia uerborum Christi, de recta fide circa eius Sacramentū, de cibo corporis & potu sanguinis præsentis in Eucharistica communione, de gloria Dei & salute nostra, pro his dimicamus, & in certaminibus nostris superba odia, maledicta & probra sustinemus.

Donum interpretationis scripturæ agnoscimus in D. Luthero & eius cooperarijs pręditis hoc dono, partim defunctis sua militia, partim adhuc bonam militiam exercentibus, de quibus scripsi, Ecclesias Sa-

xōicas

xonicas habere pphetas suos missos à Deo approbatæ fidei, qui sint audiendi. Non ideo ademi alijs, qui id donum habent, neque postulo apud nostros solùm spirituum aut dogmatum dijudicationem quæri. Distinguit scriptura inter Prophetas, alij sunt ueri prophetę, qui exornati dono prophetiæ, purum uerbum Domini prædicant, scripturam fideliter ex scriptura interpretantur secundum Analogiam fidei & extruunt super fundamentum prophetarum, suóque dono utuntur ad ædificandam Ecclesiam. Sunt contrà alij falsi Prophetæ, qui sibi quoque arrogant donum prophetiæ, multásque allegant & congerunt scripturas, uiderique affectant se ex Scriptura sumere Scripturæ interp̃tationes, & tamen adulterant uerbum Dei, loquuntur somnia sui cordis, philosophiam miscent cum arcanis

mysterijs fidei, persuasibilibus uer-
bis humanæ sapientiæ seducunt cor-
da simplicium, scandala serunt, &
dū gloriãt se archítectos esse extruē-
tes Ecclesiam, uerè eam uastant &
destruūt. Ab his ut caueamus nobis
Christus monet, & Apostolus p̃ci-
pit, ut ꝓbemus spiritus propheta-
rum, an ex Deo sint? Ego secutus
Scripturę distinctionē circūuagan-
tibus Sacramentarijs dispersis ex
Anglia uenientibus ad Ecclesias no-
stras nō uocatis neq; missis, cū pręte-
xerent quòd Apostolus facit pote-
statē prophetis loquēdi & iubet Pro-
phetas audire, opposui pręceptum
Dñi de cauēdis Pseudoꝓphetis: dixi
audiendos esse habentes donū ꝓphe-
tię in unaquaq; Ecclesia notos & ap-
probatos, ut Locus 1. Cor. 1 per-
spicuè docet. Ex dictis noua qua-
dam Dialectica sic infert Pseudo-
lus, Nolunt audire Pseudoꝓphetas,
monent

monent cauere à falsis Prophetis, & audire missos à Deo: Ergo sibi solis arrogant donum interpretandi Scripturas, Spirituum dijudicationem, suis syncretismis astringunt Spiritum Sanctũ & hæreseos damnant.

Simili consequentia inde deducit falsissimum mendacium, accusans nos, non sustulisse nos, sed potius ad nos pertraxisse Papæ tyrannidẽ & rectè uocari Lutheropapistas. Iterũ se hic manifestat spiritus Carlstadij & Donatistarum. Solebat ille Lutherum criminari & dicere, ipsũ esse bis Papistã, et principẽ Electorẽ Saxoniæ agere Tyrãnũ, cũ homini phanatico & turbulento nõ permitterent regnum & licentiam in Ecclesia grassandi Tyranicè. Olim Donatistę Sanctum Augustinũ grauabant ista calumnia, querebantur de sæuitia & persecutionibus, quas

quas uigilantissimus Episcopus obsistens lupis excitaret & adiuuaret, contra eos, apud prefectos Africæ, quam calumniam refutat multis locis. Hodie Anabaptistæ deteriores Donatistis, & Dauidiani intenti in omnes occasiones erumpendi sediti ose, queruntur, se expelli ex urbibus & pagis à Tyrannis, sic uocant cõcionatores & Magistratus facientes suum officium: ita Sacramentarij agitati ab eodem Spiritu calumniantur, Tyrãnicè secum agi à Lutheranis, quia non permittunt illis Tyrannidem blandam quidem sed sæuissimam & nocentissimã exercere in ouile Christi, si non externo gladio, attamen ueneno pestilentis doctrinæ, quo Diabolus interimit animas blãdiendo & mentiendo occupata Tyrannide in totum genus humanum. Conqueri solent, ligneo iugo Papæ collo excusso, à Lutheranis

ranis impositum esse ferreũ: Sic ni-
mirum gratias agunt pro liberatio-
ne ex Ægyptiaca seruitute & Babi-
lonica captiuitate durissima, unde
nos eduxit misericors Deus per suũ
seruum Lutherum. Multis notus
est uagus quidam Sacramentarius
Cinglianorũ Apostolus, is solitus
erat dicere, cùm adhuc uiueret D.
Lutherus, de pastoribus Ecclesiæ
celebris cuiusdam urbis Saxonicæ,
esse inter illos, quod tamen mentie-
batur, qui nõ abhorrerẽt à doctrina
Sacramentaria, sed Tyrannidem ti-
mere Lutheri, ne ingenuè profite-
rentur quid sentirẽt, Tyranno for-
midabili mortuo non dissimulatu-
ros. Sic meus flagellator, afflatus
Spiritu Carlstadij, laxat frenum lin
guæ petulanti, nõ in me solùm, sed
etiam in omnes concionatores, Ma
gistratus & principes, ac sine metu
Dei & hominum effundit has uoces

 tur

turbulentas, quòd non sustulerunt, sed potius ad se pertraxerunt Tyrānidem Papæ. Non est autem Tyrannis obsistere, ne Psychotyranni seducant populum, ne animas infectas peste falsæ doctrinæ interimant. Pastor non agit Tyrannum qui repellit lupos, ne oues dilacerent: Magistratus non exercet Tyrannidem, qui secundū leges moderatè coërcet Maleficos, & de sontibus sumit pœnas: Ecclesiastæ non sunt accusandi de Tyrannide, qui noxios Ecclesiæ & pertinaces excommunicant, uoce & scriptis seductores reprimunt, gubernatores politicos admonent sui officij, edicta & necessariam seueritatem Magistratus approbant. Minus Ecclesia affligeretur à Psychotyrannis, minus acciperet damni, non ita multi, ut nunc fit, seducerentur, seducti minus pertinaciter

hærerent in ſuis erroribus ſi Magiſtratus & Miniſtri Eccleſiaſtici ſeuerioribus remedijs profligarent morbos grauiores qui contagiis inficiunt membra corporis ſani. Cum Papiſtis autem conferre paſtores Eccleſiarum, & de Papiſtica Tyrannide reos agere propter uigilantiam in reprimendis Lupis, perinde eſt, ac ſi ſubditi impatienter ferant licentiam peccandi Magiſtratum coercere & ob malefacta ſua punire ſceleratos, ideoq; pari loco habeant ſine ullo diſcrimine Magiſtratu ſuo legitimè fungētes et animaduertentes in malos, & Tyrannos abutētes ſua poteſtate in bonos. Scitè diſtinguit Beatus Auguſtinus eſſe duo genera perſecutionis: Vnum iuſtæ quod Eccleſiæ Chriſti faciunt impijs: Alterum iniuſtæ, quam faciunt impij Chriſti Eccleſiæ. Illam qui pati-

 untur

untur, non habent quod conquerã-tur de persecutione aut Tyrannide, & glorientur de Martyrio, cùm Martyrem faciat non pœna, sed Causa. Desinant igitur Sacramentarij queri, se pati persecutiones, desinant nos insimulare de Tyrannide, quia Tyrannidem in animas non permittimus, desinant ab erroribus suis, ut patiantur non tanquam Satanæ, sed ut Martyres Christi.

Quid autem? an nõ ualido ac sufficiẽti argũento quis putet Pseudolum amoliri culpam Blasphemię, flectendis Christo genibus? An nõ pulchrè sequitur: Religiosus Pseudolus supplex flectit sua genua filio Dei & Spiritui Sancto, minimè ergo blasphemat? Atqui hypocritæ & Hæretici adorant flexis genibus, an propterea non sunt Hæretici & Blasphemi? Carlstadius

flecte

flectebat genua Christo, an propte-
rea non erat Blasphemus? etiamsi
blasphemè mentiretur, nos adora-
re Deum impanatum, panem esse p
nobis crucifixum, & id genus mul-
ta abominanda, tum nihil blasphe-
mum fuerit in libris Sacramentari-
orum plenis multis execrandis blas-
phemijs? Nihil blasphemum dix-
erunt, aut fecerunt impij Milites
qui & ipsi genua illudentes flecte-
bant Christo? Vt igitur non omnis
qui dicit Domine, Domine, ingre-
dietur in regnum cœlorum, ita nec
omnis qui flexis genibus adorat ex-
pers erit à blasphemijs, si ex suis
ipsius uerbis, quibus quisque uel iu-
stificatur uel damnatur, blasphe-
mus esse conuincitur, & non in spiri
tu & ueritate adorat. Sed de his
paulò pôst: Prius enim absolui
& expediri se flagitat Conuiualis
narratio à Pseudolo longis ambagi-

bus illata.

Prolixè narrat, se aliquoties uenisse in nostram urbem ante aliquot annos, & ante postremum suum iter in Angliam, Conuiuio celebri præcipuos Ministros nostræ ciuitatis tum excepisse, tum ab ipsis exceptum esse, méque unà cum illo conuiuatum. Expostulat duriter bonus ille Mitio, cur tam familiariter sim conuersatus? Cur non siue solus priuatim, siue per Collegas meos admonuerim, si turbarum uel ullius Blasphemiæ scirem reum esse? Etsi Narratio hæc ex parte in quibusdam uera est, in multis tamen est deprauatissima & falsissima, quædam affingens ueritati, quædam lectori subtrahens. Primùm enim supra rei ueritatem hæc addit: pluries me ei adfuisse, me non ignorasse eandem doctrinam Sacramentariā semper ipsum tradidisse per de-

cennium in Phrisia, mihi fuisse ostē-
sam ab amico quandam formulam,
complectentem summam doctrinæ
Sacramentariæ, me exhibuisse ipsi
conuiuam, cum alijs non recusasse
adesse, cùm ab Aepino celebri con-
niuio exciperetur, me solum cum so
lo tractasse de controuersis quibus-
dam Articulis: Omnia hæc planè
nihil ueri habent. Etenim ut ordi-
ne respondeam, à primo progressus
ad postremum, non nisi bis aut ter
ad summum in omni uita illi adfu-
i, sed nunquam solus, remotis Ar-
bitris. Primùm ad eum deductus
sum in hospitium ab amico utrius-
que, Doctore Medico, pomeridia-
no tempore sub horam tertiam, uix
tum amplius una hora cōsumpta est
post salutationem, de ijs colloquen-
do, de quib. obiter incidebat sermo.
Iterum ad eum redij comitatus Pa-
store Parochiæ Diui Nicolai, san-

ctæ memoriç Ioachimo Franco, sed prandio iam peracto, agebatur tum inter nos, de uno Articulo contro-uerso, & à me tum respondebatur ad triginta duas propositiones, quas ille scripserat, mihique obtulerat, quas in hunc usque diem apud me seruo. Quam doctrinam tradidisset in Phrisia de Eucharistia per annos iam decem, non poterat constare mihi, cùm ne quidem tanto tempore in Patria fuissem uersatus in Ecclesiastico ministerio, neque nomen eius, neq; ubi ageret locorum mihi innotuisset, nisi ante annos quatuor aut quinque Scriptum aliquod cõtinens summatim sententiam eius de re Sacramentaria, nemo mihi ostendit, neque scio cuiquam ex nostris cooperarijs, exhibitum fuisse. Ea est fides & integritas nostri amici, si recepisset ad se, reddidisset utique fideliter, Ministris Ecclesiæ

nostræ

nostræ. Verùm is non meminit se accepisse, multò minus testabitur se se ostendisse mihi. Affirmare me Conuiuam unquam fuisse, siue apud Pseudolum, siue apud Aepinum, siue quemcunque alium, illo quidem presente, & unà conuiuante, ueri fidem excedit. Non uiuit quisquam Mortalium, intra, siue extra hanc Vrbem, qui uerè hoc referre, & contestari queat. Illud ego recordor & concedo, quòd inuitauit me ad prandium, cùm salutandi gratia sub tempus prandij adirem sincerissimum & charissimum amicum D. Iohannem Aepinum, & primùm omnium ex improuiso mihi illius Pseudoli uidendi & con ueniendi copia fieret in ædibus D. Aepini, sed me certis de caussis recusasse, neque uenisse, cuius rei mihi conscij sunt & testes aliquot amici adhuc superstites. Fateor nõ ad-

modum referre, utut se res habeat: attamen iste nulla habita ratione lectoris, ne Regis quidem, multum chartæ & uerborum in ea commemoranda insumit, & ex re leuicula, & falsa, extruit intolerabiles calumnias. Suggillat me de obtrectione & Hypocrisi, insinuare uult, me non ausum coràm mutire, maluisse obtrectare à tergo, aliud præ me tulisse, aliud animo occultasse. Itaque erumpit in hæc maledica uerba: me quidem facile potuit fallere, qui de talis Pastoris Hypocrisi nihil uolebam suspicari. Ego in isto Catone fidem uiri boni requiro, & indignam homine Christiano, ne dicam Pastore Ecclesiastico, calumniam accusare cogor. Nolo regerere maledicta, iustissimè tamen possem dicere, me desiderare in isto Speculatore & reformatore fidem uiri boni &

ni & accusare diabolicas calumniᵃ-as. A scopo non longè aberraret, si quis hominis simulatam humanitatem, comitatem fictam, fucata uerba, blãdos sermones & uultus notos habeat, ac conferat cum ista personata ac Hypocritica specie uirulentissimam maledicentiam & calumniandi rabiem quam exercet in criminatoria sua Epistola tumq́ dicat totum, quantus, quantus est mentiri, habitu, ore, oculis, lingua, sermone, gestibus, uerbis & factis.

Esto fuerim ei tam familiaris conuiuator quàm fingit: non procedit tamen consecutio inde male deducta, me triennio aut quadriennio pòst non debuisse, ac ne potuisse quidem uerè ipsum accusare de turbis & blasphemijs, si de istis non poterat accusari abiturus in Angliam: sicut non sequitur, Verrem non

non rectè insimulari furti, qui ante decennium de furto non erat postulatus: aut Dauidem non debuisse argui à Propheta Nathan de cõmisso adulterio & interfecto Vria, qui ante annos aliquot non fuerat adulter neque cædem fecerat. Homines enim facilè mutantur in diem adeóque in horam, & progressu tẽporis fiunt quales non erant, aut certè aperiunt sese, quòd sint longè alij quàm fuerant existimati: Ac fit rectè uno tempore, quod alio fieri non potuit. Nondum ita notus erat mihi iste Pseudolus, non ita se exeruerant Lupi aures, nondum legeram ullum eius Scriptum, nondum prodierat in lucem Liber eius & Bullingeri postea Lõdini impressus, in quo renouata controuersia, hæresis Cinglij defensa & nostrarum Ecclesiarum doctrina de cœna Domini fœdissimè deformata est, si quid

quid innotuerat de contagio Sacramentario, tamen quia se continuerat tacitè in Phrisia, spes erat eum rediturum in uiam. Proinde discessurus ab eo rogaui (quod subtrahit in truncata sua narratione) ut cùm ueniret in Angliam, interponeret suam authoritatem, ne contentio de re sacramentaria longius progrederetur q̃ iam renouata & agitari cœpta erat publicis disputationibus, cúmque sententiæ Buceri mentionem intulissem, subrisit suauiter, non obscuré significationem præbens tum gestibus, tum uerbis, habere se suam quandã propriam opinionem de Eucharistia, cum nullius alterius conuenientem. Nunc inter omnes Sacramentarios bellè conuenit, neque unquam aliquid discrepantiæ inter ipsos fuit.

Agnoscet fortasse lapsum, dicet memoriam aberrasse, humanũ esse

esse labi. Atqui cogitaret humanitus etiam hallucinari se posse in doctrina, dum labitur in ijs quæ ante pedes sunt, & sub oculis uersantur. Memoriam Aepini sanctam prędicat, at uir ille uerè sanctus, calculum suum candidé addebat meo libello, cui titulus Rectę fidei de cœna Domini, additurus etiam suam præfationem nisi mors præuenisset, & tamen quæ recto erant recta, contortori scripturarum praua sunt, uocat enim intortam fidem. Confessionem suã de cœna Domini, aliâs sæpè testatam, scriptam reliquit in expositione Psalmi lxviij edita breui ante obitum, iamq; migraturus ad supernas beatas sedes, Sacramentariorum Hæresim præ alijs erroribus nominatim bis damnabat. Iam olim scripserat ualde succinctam & Methodicam tractationem de Eucharistia, in qua egregiè

gregiè refutat, quamuis breuiter Sacramentariorum obiectiones, & Sophismata, quam iste conuiciator amicus cùm legisset, ironicè Aepinicam sapientiam fertur appellasse. Hæc cõmemoro, ne commemoratio amicitiæ & celebris exhibiti conuiuij eximium uirum apud quenquam suspectum faciat, quasi ullo modo heresi Cinglianę fauerit, atque inde estimet lector, quàm sacrosancta sit apud Pseudolum recordatio Aepini æternæ memorię consecrati apud Deum.

Hactenus priore parte defensionis refutatæ sunt calumniæ, mendacia, & conuicia congesta à Pseudolo aduersus ea, quæ arripuit, ut exagitaret, proscinderet, & corrũperet ex Epistola mea Nuncupatoria præmissa sententijs collectis ex scriptis S. Augustini: Altera parte respõdebo ad ea, quę ex libello

rectæ

rectæ fidei de cœna Domini arrepta caninis morsibus incessit, ut quæsitis effugijs à se depellat accusationem de Blasphemijs. Sub finem libelli aliquot argumentis probauetam, etiam à malis & indignis sumi Christi corpus & sanguinem, & refeceram absurditates oppositas sententię & probationibus nostris, suffusas Blasphemijs. Debebat ille firmis rationibus allatis nostras dissoluere & facere fidem contrariæ assertioni: uerùm his omissis, fremens non aliter quam Vrsa orbata catulis suis, pauca quædam mea uerba inuadit & lacerat.

Inuerso ordine ponit priore loco, quod posteriore à me positum erat, ęque diuerso, quod posuerā secundo loco, iste transponit in primum. Mea uerba continuant̃ hac serie & progressione: Dicunt Sacramētarij multa absurda colligi posse ex hac doctrina,

doctrina, quæ affirmat malos sumere Christi corpus. Sed quid tam firmum, tam sanctum Christiana religio credit, unde non possint sapientes secundum carnem colligere multa absurda, ut aranea multa uenena colligit ex optimis floribus? Nō ex doctrīa uera sed ex mēdacijs errore ruptæ rationis uanitate promunt hæc q̄ sequuntur absurda: Post pauca subijcio hæc uerba: Ex promptuario mali cordis erumpūt ista, Corpus Christi autheret &c. Iste prohibitu suo à me dicta repetit sic transposita: Primū affirmat nos ex mēdacijs & mali cordis promptuario depromere ea, q̄ ipse execrandas blasphemias esse uociferatur. Deinde uerò secū mox ipse pugnās, araneis nos similes facit, qui ex optimis uidelicet floribus pessima uenena colligamus. Pugnare inter se fingit q̄ scripsi, Sapientes secundum carnem similes arāeis

 colligere

colligere ex floribus uenena & depromere absurditates ac Blasphemias suas ex mēdacijs corruptęq; rationis uanitate, item ex promptuario mali cordis. Quæ est hic pugnantia? nū pugnant inter se ex floribus uenena colligere, & depromere ex uanitate ratiōis & malo corde? Num quia ex cōtrario opposita sunt uanitas rationis, cor malum, & boni succi flores, ideo secum pugnat qui dicit uenena colligi ex floribus & absurda depmi ex cordis mali promptuario? Non pugnant inter se, si quis dicat araneam ex se promere sua uenena & ex succis florum ea colligere, utrūque enim uerissimum est diuerso respectu & modo. Boni succi flores nō habent uenena, nec inde colligi possūt, alioqui apes inde nō cōficerent mel, uere tamen dici solet, araneam ex flosculis sugere uenena, quia uertit materiā bonam in malā, miscet

sua uenena bonis succis, atque ita facit inde uenena non culpa florũ, sed uenenatæ suæ naturæ. Nisi haberent uenenum in sese, non ex floribus colligerent: Ita Hæretici neque sumere neque proferre ex sacris scripturis possent uenena, nõ hæreses, non blasphemias, non absurditates, cùm nullas habeant scripturę Dei, nisi ex corrupta ratione & malo corde acceptas promerent, easq; cũ illis permiscerent, & nisi ueritatem, ut inquit Apostolus, cõmutarẽt in mẽdacium. Neque pugnat secum, si quis dicat, Hæreticos ex optimis floribus sacrarum Scripturarũ sumere & promere Hęreses & blasphemias, idemque affirmet, proferre eas ex corde malo & corrupta ratione. Ex corde enĩ exeunt cogitationes malę, & homo malus de malo thesauro cordis mala profert. Item fructus carnis sunt Hæreses, non Spiritus.

Alterum fit per accidens non natura aut culpa sanctarum Scripturarũ, sed malitia hominum: Alterum per se sua peruersitate faciunt homines mali, qui ex bono sumunt materiẽ & occasionem mali. Vides ergo prudens lector in Pseudolo malitiosũ studium undequaq; uenãdi aliquid quod carpat, deprauet, exibilet serpentinis sibilis, & peruertat calumniando, uides exercere ingeniũ & opus aranearum, ex recte dictis sugere & effundere uenena mẽdaciorũ & calumniarum dum sese circumagit uarie ut neget Sacramentarios similes araneis ex florib. optimis colligere uenena, & ex ratione corrupta pmere multa absurda et blasphema

Idem studium uenatoris elucet in eo, quod ueluti sus in horto ore erutam terram sursum uolutat & deorsum, ita singulas uoculas sursũ & deorsũ iactat & insulsa Rhetorica

tione

tione dubitabundus diuinat, quid florum nomine uelim intelligi. Vbi aliquandiu hæsitans suum aliquod figmētum attulit ex sua diuinatiōe, attexit calumniarum suarū telas, unde subitò faciēs eruptionē hostiliter nostra inuadens elidere mordēdo conat̃. Si uelim nomine florū designare presentiā & manducationē corporis Christi, mox infigit suos morsus & calūniatur, hos flores malos fructus proferre nempe Idolatriam & Ecclesiarum Tyrannicam scissionem, per translationem diabolicam imputans nostræ doctrinæ atq; laboribus insumptis in ea defendenda, quæ authores suæ Heresi eiusq; inuentori & ꝓpugnatori Diabolo imputare debent. Interea præpostere misericors, propter Sacramentariā controuersiam neminem ꝓscindit ac damnat. Etenim Sacramentarijs nō est proscindere & damnare, aliquē

reum agere de idolatria & Tyrannide, neq; hęc aut sunt peccata dãnabilia, aut si sunt, pro sua facilitate clementer ab illis absoluunt nondum etiam confessos culpam. Cęterum quàmdiu ueritas nostrę doctrinæ stabit, stãtibus his Christi uerbis HOC EST CORPVS Meum, tandiu zizania, & cardui Satanæ fœcundi malis fructibus idolatrię & Tyrãnidis erunt dogmata Cinglíana quę ex cõmunionis Sacramento auferunt Domini carnem & sanguinẽ, adeoq; Christũ ipsum, nostraq; doctrina efflorescet, carduis & spinis istorum eradicatis.

Minatur se prolaturum multò plura absurda: At plus satis effusum est blasphemiarum, redundant exuperanter in omnium libris, neq; ad istam effusionem indigent, neq; Deus dat suam gratiã. Possunt sui Dei (Satanæ) gratia & suggestionibus

iisbus adiuti effundere diluuium suum, quo adiutore antehac effuderũt. Deus nõ suggerit blasphẽias & absurdas cogitationes aduersus suũ ipsius uerbum, & nemo qui in spiritu Dei loquit̃ dominum Iesum dicit esse Anathẽa. Videre poterat Pseudolus, nisi uoluisset dedita opera cęcatire, me florũ nomine intelligere Scripturę testimonia, doctrinã Christianam, totamq́ue Religionẽ. Nam in genere scripsi de omnibus Hereticis, quid tam firmum, tam sanctũ, tam diuinum Christiana religio credit, unde non possint sapientes secundum carnem colligere multa absurda, ut aranea multa uenena colligit ex optimis floribus? Si ideo absurdũ erit Christi uerũ dari corpus & sanguinem indignis, & si id uerum nõ erit ꝓpter absurditates rationis, quid nõ erit absurdum, & quid uerum supererit in tota religione?

Scripturas deprauari & detorqueri à Sacramẽtarijs, frustra doceri postulat Pseudolus, iãq; nostras docuisse tã bona fide pernegat, quã qua totam hanc causam agit & quàm uerè nostros accusat; quòd ipsimet teneantur culpa, quã in Sacramẽtarios conferunt. Habent pro suæ fidei defensiõe Christi uerba descripta ab Euãgelistis & Apostolis una simplici forma ac ratiõe, unoq; sensu, quæ Sacramẽtarij transformant in Tropos, figuras & allegorias, discedũt à ꝓprietate & sensu sermonis Christi, suumq; inserunt, itaq; dimicãt & cõgerũt scripturas multas nõ ꝓ doctrina seu fide cõprehensa uerbis Christi sed ijs repugnanti, propria sua sapientia & falsa opinione; ac digladiantur pro suis Tropis: & quia pugnãt pro uno mendacio, necesse est in infinita mẽdacia progrediãt, eoq; plures scripturas uiolent, mutilent,

& corrum

& corrũpant, quò plures libros scribant, atq; plus tẽporis & laboris in sumant locis scripturarũ inflectendis, pertrahendis & aptãdis ad ppositum sibi scopũ. Ex deprauatis aliquot insignioribus locis his: Caro nõ prodest quicquam: Quod natũ est ex carne caro est: Me nõ semper habetis uobiscum: Surrexit non est hic: Si dixerit uobis, Ecce hic, ecce hic ille est, nolite credere: Non nouimus Christum secundũ carnẽ: Quæ sursũ sunt quærite: Christus erat Petra, & similibus, nostri planissimũ fecerunt, quàm perfidè, nequiter & uiolenter adulterent Scripturas et corrumpant, quascunque pertrahunt crinibus ad malæ causæ prætextum et patrocinium. Hęc etsi non uideãt & uidentes uidere nolint Sacramẽtarij & ad rauim usq; dãnẽt, ullos omnino fontes corporalis præsentię extare in Christi uerbis, su
 as obie

ās obiectiōes nō esse refutatas, nos nostram doctrinam nōdum pbasse, tamen ueritas in clara luce posita aliud testat. Non uident cœci & mācipati obscuris carceribus claritatē solis: num ideo falsum erit, solem lucem suā radijs suis spargere quia illi non uident lumen Solis, aut negant solem lucere?

Post longioris Prooemij uelitationem, acie tota cōmota nos adortus pugnam grauem ciet, ut abstergat labem blasphemiarum, suamq; ἐλεγχοφοβίαν plane patefacit. Refersit librū suum de sacramentis Ecclesię Christi multis absurdis & blasphemis quęstionib. & disputationib. ne dicam totū librum scatere fœdissimis corruptelis & portentis insanæ rationis. Ego tantum duas attigeram, ne mouens istā Camerinā commacularem chartas istis fætoribus spurcissimis, néue animi, oculi

& aures aliqua labe polluerentur, si in istas uel procul, uel leuiter intenderent: Per Christum Iesum obtestor pium lectorẽ, iudicet sintne tales quęstiones & disputationes, quales iste agitat, ꝙ Christus ex nobis acceperit carnẽ, non autẽ donet nobis: ex Maria Christum carnẽ assũpsisse, nõ donasse in usu suę cœnę: gloriam Christi nõ separari ab eius corpore, etiam impios in gehẽna futuros in gloria, si corpus Christi accipiant: Non posse percipi corpus eius nisi & gloria percipiatur: Impios aut non damnatum iri, aut gloriã illius cum impijs cõdemnari oportere, si substantiã ipsam corporis Christi sumant: Caro Domini aut hæret percepta in impijs, aut non hęret. Si hæret condemnari sanè cum impijs iam oportebit. Si non hæret, percipit ne, ut non hæreat, aut qñ nã, & ad quẽ modũ impios rursus

semel

semel percepta deserit? aut in pijs quoque semel percepta heret, aut nō hæret. Si hæret, quorsū attinet cœnam toties repetere? Si non hæret, quādónam, & quomodo euanescit? Consideret, inquam, Lector pius, sint ne eiusmodi quæstiones ex eo genere, ex quibus scribit Apostolus i. Timoth vi. Oriri inuidiam, contētionem, blasphemiam, & disputationes nihili hominum mente corruptorum, & qui ueritate priuati sunt: Et quas ij Timoth. ij. uocat stultas & ineptas, & ideo deuitare iubet, q generent lites. Prætexit tamen Hypocrita Pseudolus Scripturā, ut obuelet suas blasphemias, ac splendide uestiat, quasi sint magnificę Dei laudes & benedictiones.

Producit nobis Apostolos, Paulum & Petrum, quorum alter scribit Christum assumptum esse in gloria, alter suscipi coelo oportuisse, usque

ad tempus restitutionis omnium. Hic tanquam in latissimo campo logius euagatur, & tanquam uictoriā ostē-tans triumphat, nec interim à conuitijs & maledictis gloriosus uictor sibi temperat. Viget multis uerbis, Corpus Christi nusquam esse, sine gloria, contēdit hac spoliari nō posse. Vere dictum est à Cyrillo lib: ij de Tri. Hæretici simulant se nullo modo gloriç Christi obluctari, uulnerare autem sicut acuta iacula molestæ & blasphemæ linguæ illorū uerba. Implet ueritatem dicti egregiè personatus noster Pseudolus, præ se fert ingens studium asserendæ & amplificandæ gloriæ Christi. Vulnerant autem sicut iacula uerba molestæ & blasphemę linguę illius, obscurat, minuit, & detrahit gloriæ Christi, includit eam angustis terminis, circumscribit finibus humanæ imbecillitatis & uisus oculorum,

nō extendit latius quàm quousque nostris oculis conspicitur. Quid opus est longa declaratione perorare & magnis lateribus fortiter contendere, Christum ascendisse in cœlū, sedere in cœlesti gloria, eaq; glorificatū Christi corpus spoliari nō posse, quis nescit? quis negat? quis ambigit? quis in disputationem reuocat, aut quis contradicit?

In confesso est Christum sedere ad dexteram maiestatis in gloria Dei Patris, & eam à corpore Christi nō separari neque aufferri. Hoc autem uenit in controuersiam, nū gloria Corporis Christi contineatur duntaxat, in uno aliquo loco cœli, sicut allegat Pseudolus uerba Petri ex cap: iij Act. Christū cęlo cōtineri in certo aliquo loco, num ideo nō sit in gloria, eáque spolietur, quia nostris oculis non apparet? nū careat & defraudetur sua gloria, quia demon

demõſtrari ante oculos in uſu cœnæ Dñi nõ poteſt? Has queſtiones reſoluit nobis ſcriptura docens, gloriam Chriſti Dei & hominis aſcẽſione eius in cœlũ nõ redactã eſſe in locorum aut temporum, aut hũanę capacitatis anguſtias, non coarctari, ſed dilatari & diffundi per omnia, excedere omnes cœlos, prędicat cœlũ & terram plenã eius maieſtate & gloria, Chriſtum exaltatum eſſe ſuper omnes cœlos, datã eſſe poteſtatem in cœlo & in terra, datum eſſe nomen, ꝙ eſt ſuper omne nomẽ, quæ multo maior & amplior eſt gloria, quám ut includatur locorũ ſpatijs & terminet̃ facultate aſpectus oculorũ. Hæc qui ex ſcriptura per gratiam Dei credimus, prędicãus & cõfitẽur & amplitudinẽ glorię Chriſti tã longè dilatamus, quã Scriptura in immenſum extendit & amplificat, cur calũniator ἀλλοιόλογος nos traducit ꝑ

ſacris

sacrilegis qui decurtemus gloriam Christi, eáque corpus eius spoliemus & accusemus mēdacij Apostolos, testificantes Christum assumptum esse in gloria: se tamen ipsum astringit crimine sacrilegij, quando quidem corpus Christi alligat cum sua gloria ad unum locum cœli, & negat esse in gloria, nisi ubi apparet nostræ contemplationi & oculis demōstrari potest. Postulat enim à nobis Pseudolus demōstrari in cœna corporis Christi gloriam, uult sibi cū Iudæis exhiberi gloriosum Christum, splendidum magnificentia uisibilis gloriæ, etiam in hac uita, nisi fecerimus, habet paratam calūniā, nos spoliare Christū sua gloria, aut certè interrumpere ne sit cōtinua, ne perpetuò ea fruatur, qua culpa si uelimus uacare, postulabit à nobis, ut cum Phanaticis pernegemus corpus Christi esse in cœna,

& dica

& dicamus, Christi gloria non apparet, cùm cœna eius dispensatur, nō uidetur corpus eius gloriosum, Ergo corpus eius non adest, nō dispēsatur, non manducatur in cœna. Quid aliud hęc sunt quàm deliria rationis, & Philosophiæ obpalliatæ coloribus scripturæ? ita insaniendo deturbabit Christum ex sede & throno Maiestatis suæ, & usq; adeo nudabit sua gloria, ut nihil amplius ei relinquat de magnificentia eius, nisi quatenus apparet & uisibiliter alicubi in cœlo ea fruitur. Si non adest, nisi ubi apparet gloriosus, & splendor glorię eius effulget nostris sensib. nullo modo aderit in cœna, & fictè prædicant, quòd Christus adsit in cœnæ communione. Quoquo enim modo concedant adesse, reclamabit sapiens magistra ratio, et si Iudęo uel Ethnico aut alicui ex Christianis uacillāti in fide debeāt

k

& uelint persuadere, non credent, ne〈que〉 ut credant, facile persuaserint, reuincent increduli suos magistros hoc argumento suo. Christi carnē non esse sine gloria, se nulla gloriæ eius indicia cognoscere, non igit̃ uerisimile uideri adesse. Occurrēt illis usitata distinctione, dicturi Christū adesse sua Diuinitate, uel Spiritu suo, uerum ne id quidem mouebit eos, dicent, diuinitatem et Spiritū Christi non posse separari, & ullo modo, tempore & loco carere gloria. Nemo posthac statuet Christū dominum præsentem se exhibere, cū administratur Baptismus in nomine indiuiduæ Trinitatis, si alicuius erit momenti argumētatio sumta de gloria conspicua & inseparabili tam à diuinitate quàm à corpore Christi, in dubium adducetur an ullus Sacramentarius, ꝓ firmo habens Pseudoli argumentum, credat

stat necne, Christum præsentē esse, qñ in nomine eius conferē Baptismus, cùm nihil de eius gloria aspectib. hoīum ibi sese ingerat & occulto modo præsens sit & operet: ubi manebit ueritas ꝓmissionis Christi dicentis. Ego uobiscum sum usq; ad cōsummationē seculi omnibus dieb. Ego & Pater ueniemus & mansionem faciemus apud eū. Vbi duo uel tres congregati fuerint in nomine meo ibi in medio eorum sū. Adest enim modo occulto, non apparet gloriosus, sed tectus humilibus formis. Tum ne habitat quidē in sanctis, excidunt ueritate & fide dicta illa Pauli q̄ testantur Sanctos esse templum Christi & spiritus S. Christum dominum habitare in renatis, Nam gloriæ splendor non effulget, & Sancti incedunt inglorij & contemptibiles uili specie.

Apparuit Dñs Christus, uero

ſuo corpore poſtquam reſurrexit? Num inuenientur Apoſtoli falſi teſtes reſurrectionis glorioſæ? Num obloquentur Sacramentarij uerisſimis teſtimonijs & ſcripturis indubitatæ fidei moti ſtulta ratiocinatiōe, qua Signifer ipſorum ſeſe oſtentat, triumphat & cōuiciatur? Num perſtabunt in negando, quòd Chriſtus uerè apparuerit in corpore ſuo glorioſo? quòd Apoſtoli uiderint manus & pedes eius, carnem ueram cōtrectauerint ſuis manibus, propterea quòd nō monſtrauerit eis claritatem ſuam, & Apoſtoli non uiderint ſplendorem gloriæ illius? Fortasſis dicēt, Chriſtum ſe attemperasſe Apoſtolorum imbecillitati, ad tempus ſuam gloriam disſimulasſe & occultasſe coram diſcipulis ſuis, non enim puto dicturos, nondum fuiſſe glorificatum, et aſſumptum in cœleſtem gloriam. Cur non idem

dicunt,

dicunt, Christum abscondito modo præsentem esse nobis, occultare & tegere suam gloriam, attemperare se nostræ infirmitati, cùm non ferat ea in hac uita coram cōtemplari gloriæ Christi fulgorem, & Apostoli non potuerint eam sustinere manifestatam in monte, & de Maria, de pastoribus alijsq; multis legat eos non potuisse tolerare claritatem angelicam, quin afficerentur magno timore? Imbecillitas oculorum corporalium non potest intueri claritatem solis, caligant cum fixius in eius lumen intuentur: quomodo mentis oculi in hac uita ferent splendorem gloriæ Christi, ut non hebescant, si claritatē eius contēplentur?

Cur non distinguūt inter regnū fidei humile, & regnum manifestæ gloriæ? inter militántis & triumphā tis Ecclesiæ statum, inter conditionē uitæ huius & futuræ, sicut scri-

tura docet distinguere: Videmus nunc tanquã per speculũ in ænigmate, tum in beata uita uidebimus Deum sicuti est. Ambulamus nunc per fidem non per speciem. Abscondita est uita nostra cũ Christo in Deo, cùm autem apparuerit Christus uita nostra, tunc & nos apparebimus cum ipso in gloria. Sumus iam filij Dei (hæc ingens est gloria sed adhuc abscondita) sed nondum apparet quòd sumus. Scimus autem quod cùm apparuerit similes ei erimus, quando uidebimus eum sicuti est. Adest itaq;, habitat in nobis, agit nobiscum, sed pro conditione huius uitæ inuisibilis & absconditus coram sensibus nostris. In regno Dei reuelato exhibebit se nobis conspicuum & uisibilem, uersatur et agit nobiscum Verus Emanuel Noster, sed sub formis Crucis, perficit potentiam suam in nostra

infirmitate, tunc potens est in nobis quando infirmi sumus, in regno glorię, remota cruce, absterſis lachrymis ab omnium oculis, in maieſtate & claritate ſua præbebit ſe nobis contemplandum: Veniet in fine Mundi cum Angelis ſuis, & apparebit manifeſtè in gloria ſua. Interea tamen uenit ad nos, ſed ſub humilibus & uilibus formis, agit nobiſcum per uerbum, per Sacramenta, per Miniſtros ſuos coram mundo abiectos. Quapropter in Eſaia nomen habet Dei abſconditi & uocatur admirabilis. Dat nobis in Cœna ſua uerum ſuū corpus & Sanguinem, ſed tecta, nondum reuelata gloria, illa contenti non requirimus in hac uita in cœnæ uſu hanc nobis demonſtrari, non obloquimur ꝑpter tectā gloriam & inuiſibilem nobis filio Dei affirmanti ſe dare nobis & iu-

benti edere panem qui sit corpus, & bibere uinum quod sit sanguis eius. Scimus enim nos ambulare nunc nō per speciem sed per fidem & nunc esse tempus tectę, in altera uita reuelatæ gloriæ.

Non ex nobis ipsis comminiscimur hanc distinctionem, non domi natam afferimus, sed ex Scriptura sumptam & bene fūdatam in locis citatis & his sequentibus Matth. xxvi. Posthac uidebitis filium hominis, sedentem à dexteris uirtutis Dei & uenientē in nubibus cœli. Lucæ xxi. Tunc uidebunt filium hominis uenietem in nube cū potestate & claritate. Acto. i. Hic Iesus, qui assumptus est in cœlum, sic ueniet quemadmodū uidistis eum eūtem in cœlum. Col: iij Cùm Christus apparuerit. Tit ij. Expectamus beatā spem & apparitionē magni Dei & Saluatoris nostri Iesu, Chri

ſu Chriſti. Significanter dicit Apoſtolus nos expectare adhuc in hac uiſta apparitionem gloriæ Chriſti, fatetur nos iam habere gloriam eius præſentem, ſed abſconditam & nõdum reuelatam, reuelandam autem cùm dominus uenerit ad iudicium i. Iohan: iij. Scimus quòd cũ apparuerit Chriſtus ſimiles ei erimus. Non obſtat igitur gloria Chriſti inſeparabilis, quin credamus, prædicemus, & confiteamur Chriſti uerum corpus adeſſe & diſtribui in cœna, ſed multò magis id facit, confirmat & urget, ut credamus, fideſq; noſtra prædicet & confiteatur adeſſe, & diſpenſari, quòd gloriæ Chriſti magnificẽtia, & ſplendor non conſpiciatur, nec queat commonſtrari, id non niſi infideles flagitant, fideles non requirunt. Habemus enim in hoc ſtatu Eccleſiæ promiſſiones de occulta præſentia ſub humili forma,

non de uisibili conspicua in gloria, quæ pertinet ad regnum Ecclesiæ Triumphantis, quæ uidebit de facie ad faciem quod nunc per speculum uidet tanquam in ægnimate, et ambulabit per speciem, quę nunc ambulat per fidem.

Quod attinet ad alteram quæstionem absurdã & blasphemijs plenam, indignã responso, Hęreát ne corpus Christi, an non hæreat: si hęreat, cur sæpius sumatur: si non hæreat, quó nam euanescat: remisi Sacramentarios ad scholasticos doctores Thomam, Alexandrum de Ales, Hugonem, & similes qui solent mouere curiosas & intricatas quęstiones, & cũ legissem Hugonẽ tractantem quæstionem quid fiat de corpore Christi sumpto in Sacramẽto, asscripsi eius uerba ex libro de Sacramentis, parte Octaua cap: xiij Non approbaui, quòd soleant, pro hibente

libente Apostolo, occupari talibus quæstionibus, nec simpliciter laudaui eos quòd sobriè & modestè tractarint hoc genus quęstiões, sed per cōparationē ꝑ Sacramentarijs ebrijs, & subsannantibus ueritatem Filij Dei, uerum me scripsisse, & immeritò flagellari à Mastigia Pseudolo: comperiet in ueritate, quisquis quęstiones Scholasticorum & responsionē Hugonis de quęstione, Quid fiat de Christi corpore manducato: cōtulerit cū τῶ λαολεάζοντος disputationib. portentosis, quibus irridet & exibilat fidem Catholicæ Ecclesiæ uiuentis Dei, de corpore eius præsenti in cœna. Non enim mouēt illi hanc quæstionem ut impugnent & subsannēt, quemadmodum faciunt sacerdotes de Hara (ara dicere uolebam) Epicuri, sed ut curiosis talia quærentibus subueniant & contra eiusmodi quæstiones absurdas

surdas

surdas defendant Ecclesiæ Christi doctrinam. Equidem eò magis toto pectore abhorrui & abhorreo ab illa disputatione, hereátne corpus? quo euanescat? quia sub ea scio delitescere execrabilē blasphemiā de secessu (Exurge Iesu fili Dei, probibe tā blasphemas linguas) et egestiōe, quam à Diabolo dementatis Epicureis sacramentarijs multi audiuerūt ex ipsorum ore & in scriptis legerūt. Eius rei indignitas & atrocitas me mouit, ut scriberem huius generis quęstiones magis dignas esse quę retundantur sceptro Magistratus quàm calamo, quales si audissent Episcopi ueteris Ecclesiæ, præditi aliquo zelo Dei, obturassent aures et exclamassent: O bone Deus in quæ nos tempora reseruasti, ut talia audiremus? Non me pænitet eius dicti, sed scripsisse me gaudeo, quamuis malè urat, affligat, & torqueat

Sacramen

Sacramentarios, ubique Pseudolus allatret, mordeat, rodat, & linguæ plectro uerberet. Quòd si Magistratui licet sceptro suo coercere blasphemos, mihine licet scribere coërcendos esse? Si Magistratus non peccat sceptro refutans blasphemas linguas, quid á me tam grauiter peccatum est, q scripsi dignius refutari magistratus sceptro quam stylo? Si sceptri refutationem nō magis metuerent quàm styli, certè non mollius tractarent Magistratus, Principes, Reges, & regios concionatores (à quibus abstinent, nisi quòd sycophantas esse clamitāt) quā me tractat uir bonus, obseruantis s. scilicet Magistratus & Regum tutus etiam eorum Diplomatibus, quanquā dum murmurat, fremit, & sæuit contra me, qui scripsi refutari debere Blasphemos sceptro, non parcit, sed impetit etiam Magistra-

tus, Principes & Regem, qui eos non diu post repulerunt suis sceptris e Regnis, ditionibus, & ciuitatibus suis, cùm ante semestre meus libellus in publicū exijsset.

Quærit ex me, satisne ad suam quæstionem putem responsum esse nec ne? Ego uerò liberè dico. Satis, & plus satis me respondisse, quantùm dignū erat respondere ad eiusmodi absurdā & impiā quęstionem. Impetit me cornuta bestia ab utroque latere, ut me quocunq; uertam cornu suo inuadat & prosternat Quęrit, senserimne ex animo, quod respondi uerbis Hugonis? Ecce alterum cornu in me directum, quo me uertam ut huius impetum declinem, ne alterum me impetat? Si dixero me sensisse, stat erectum alterum infestū cornu quo me deijciat Opponet mihi, q̄ scripsi in Epistola ad amicum Amsterodamum, ad uersarium

uersarium fingere, quòd nunquam dixerim & senserim. Sed bene habet, neque tuetur, ac illæsum ab ista bicorni bestia seruat, quòd non aliud sensi nec aliud uolui, non alio ꝓposito citaui & apposui Hugonis uerba, quā quòd curiosis tractantes curiosa uolui respondere curiosè & blasphemè disputantibus, hereátne an non hereat caro Christi sumpta in Cœna, & ubi maneat si non hæret? Mouent Sacramentarij curiosas quæstiones, & absurdas, habeant igitur sibi responsum à curiosis Disputatoribus. Si placuisset uidere quid ego sentirem, præmiseram id expressè satis in eodem libello, eodem etiam loco ubi me uerberat uerbero. Somniant Sacramentarij, Carnem Christi hærere in homine, quemadmodum hærent aliæ carnes & cibi, eámque simili modo incorporari, ideoq́ concoqui

coqui et digeri, sed hæc non place- bant, oportebat igitur cornua assu- mere, & calumnijs me adoriri, & Tyrannicè uerba mea detorquere ad alium sensum quam à me scripta fuerunt. Etenim est et hoc propriũ quoddam Tyrannidis genus, alte- rius uerba pertrahere uiolenter ad aliquem sensum, unde aduersarius sumat materiem conuiciandi scurri- liter, & traducendi pro scurra & mẽ daci, qui ipsemet scurram & menda cis Hypocritę personam agat. Cato nis nomen ubique inducit Pseudo- lus, & nescio quid sub hoc nominè exprobret & eundem facit scurram, quia scilicet Catoni cõuenit scurri- lis leuitas, adeò seruat decorum, & scurræ primas partes explet uerbis & factis.

Abiecit pudorem, & audet crimi nari, me desijsse pudere: me uerò nõ pudet ueritatis & crucis Christi, de-

umq;

quin quoro eam mihi det mentem, ne unq quā pudeat propter ueritatē, probra & conuicia perpeti infracto aio, sed gnaviter sim impudens, ut contra oēs Pseudoprophetas & Tyrānos constāter cōfitear Christū Dnm meum corā mundo maligno, ne & ipsum mei pudeat coram Patre suo & Angelis suis sanctis. In alijs reb. ubi pudori locus est, me impudētiā detestari & uerecundiā atq; modestiā amare & coluisse sciunt, mihiq; testimonium ferent, qui mee uite rationem cognitam habent & diligunt ueritatē.

Christum autem, vi. cap. Ioan. reprehēdisse Capernaitas, quòd putarēt carnem ipsius membratim dissectam ad alimoniā uentris edendā esse, non ex me finxi, sed in eo secutus sum Veterum sententiam, ne quid de recentioribus interpretibus dicam. Ita enim exposuit locum Augustinus Tract. xxij. in Ioannē

his uerbis: O Domine Magister quomodo non prodest caro quicquam cum tu dixeris, Nisi quis manducauerit Carnem meam, & biberit meum sanguinem nō habebit in se uitam? An uita non prodest quicquā, & propter quid sumus quod sumus, nisi ut habeamus uitam æternā, quam tua carne promittis? Quid ergo est, Caro non prodest quicquā? sed quomodo illi intellexerunt, quomodo in cadauere dilaniatur, aut in macello uenditur, non quomodo spiritu uegetatur? Caro nō prodest quicquā, sed sola caro, accedat Spiritus ad carnem, quomodo accedit charitas ad scientiam, & prodest plurimùm. Nam si caro nihil prodesset, uerbum caro non fieret, & nō habitaret in nobis. Item in Psal: xciij enarratione, ubi sic scribit, Durum uisum esse illis, quod ait: Nisi quis mādu cauerit carnem meā & c. Acceperunt

perunt illud stultè, Carnaliter illud cogitauerunt & putauerunt, quòd præcisurus esset Dominus particulas quasdam & daturus illis, & dixerunt: Durus est sermo iste. In eandem sententiam locum enarrauit Cyrillus in Iohan: lib: iiij cap: xxij dicens: Ex imperitia multi qui Christum sequebantur uerba ipsius non capientes perturbabantur, cùm audissent, Amen dico uobis, nisi quis manducauerit, & ad immanes ferarum mores uocari se à Christo arbitrabantur, incitarique ut uellent crudas hominis carnes manducare & sanguinem bibere, quæ uel auditu horribilia sunt. Nondum enim mysterij huius formã & dispensationem pulcherrimam cognouerant.

Contra ueterum & recentiorum Interpretum sententiam Pseudolus contendis omnẽ omninò esũ carnis

Christi reprehēdi, quocunq modo statuat. Atqui Christū in cōcione descripta cap. vi. Ioan. de fide agere, non de Sacramēto coenae instituto in nocte in qua tradebatur alij probauerunt, & probare nō difficile est multis rationibus sumptis ex textu: quomodo ergo reijceret ibi manducationem corporis sui quam postea instituit? Excepit itaque cùm reprehenderet carnalem imaginationem ab edenda ipsius carne eo modo quem Capernaitae cogitabant, modū quo placuit ipsi distribuere ad edendum corpus & ad bibendum sanguinem suum. Dixit esse suum corpus panem quem dedit discipulis ut ederent, Sanguinem suum uinum quod dedit, ut biberent, iussit itaque edere non solùm panē, sed suum corpus, bibere de calice non solùm uinum, sed sanguinem suum. Quomodo igitur reprehendis, quod discipulos

 suos

fitet sententiis iussit? Quomodo ter
nentur culpa Capernaismi, qui obe
dientes Domini sui iussis, credunt
se manducare corpus & refici potu
sanguinis eius? Reprehendebat Ca
pernaitarum carnalem intelligen
tiam de carnali manducatione, quam
tam illi sine uerbo & fide imagina
bantur. Non est autem carnalis
intelligentia, quam habet Eccle
sia ex fide inhaerente Christi uerbis,
contenta modo quo ipsi placuit di
stribuere cibum carnis & potum san
guinis sui.

Ascensionem suam iam non oppo
posuit praesentiae, distributioni &
manducationi sui corporis, quam
non apposuit eam sibimetipsi, nos
trae institutioni & uerbo, sed in
credulitati obmurmurantium Ca
pernaitarum, & causam cur non cre
derent & dicerent, Durus hic est ser
mo, indicauit sermone de ascensio
ne,

ne sua, quia non credebant Christum ascensurum in coelum & potenter regnaturum, ideò non credebant daturum carnem suam in uerum cibū uitæ & imaginantes carnalem dilaniatiōem, absurdum iudicabant, quod dicebat, Non habituros uitam, nisi ederent carnem & biberent sanguinem eius. Videbat illis absurda concio de manducatione carnis, Intulit ergo mentionem rei magis mirādę, nimirum resurrectionis & ascensionis, quam si credidissent, non durus illis sermo Christi fuisset, adeo ascensionis gloria non reijcit & tollit, ut etiam confirmet ac stabiliat doctrinam de manducatione carnis Christi, siue quæ fit spiritualiter per fidem, siue in coenæ corporaliter, secundum fidem in hæc uerba Christi Accipite, Comedite, Hoc est corpus meum, Augustinus in prius ci-

tato tractatu xxvij in Ioannem ex-
posuit hęc uerba. Quid si uideri-
tis filium hominis ascendentem ubi
prius erat? quòd dominus solue-
rit obiectionem dicentium Quo-
modo potest hic nobis dare Carnē
suam manducandam, & correxisse
illorum carnalem opinionem de car-
ne per partes dissecta manducanda,
& loco argumenti ascensionem alle-
gasse ad probandum, quòd non car-
nali modo carnē suam frustulatim
concisam erogaturus esset: Nam
ita scribit. Hinc soluit illud,
q̄ non nouerant: Hinc aperuit,
unde fuerant scandalizati: Illi
enim putabant eum erogaturum
corpus suum, ille autem dixit se ascẽ
censurū in coelum, utique integrū:
Cùm uideritis Filium Hominis
ascendentem, ubi prius erat, uel
tunc uidebitis, quia non eo modo
quo putatis, erogat corpus suum,

certe uel tum intelligetis; quia gratia eius non consumitur morsibus.

Hactenus Apologia diluit mendacia, calumnias & falsò obiecta crimina, unde dilucidè undequaq; apparet aduersarium suo nomini satisfacere, & uerè [illegible], ut uno uerbo totum complectar. Praeterij quae coniecit in alios, nisi quatenus causae & personis communia tractaui. Quamuis autem alij pro se respondebunt, omittere tamen haud possum, quin attingam unum illud grauius sane, quam ut debeat dissimulari, quod criminatur fingere nos nouam quandam Ecclesiam, quae non tam collocata sit super Prophetarum & Apostolorum quam potius supernatae uix dum ante annos quadraginta controuersiae huius (de praesentia corporis Christi in coena) fundamento, si ita circumscribant Ecclesiam controuersiae huius praesentiae.

sentiæ finibus, uti [illegible] nul-
lam Ecclesiam Christianam [illegible]
uelint. Usitatum est hæreticis ad
se rapere Scripturas & Ecclesiæ ti-
tulum, & adimere [illegible] sanctis
quæ uera sunt Christi Ecclesiæ
Ita Pseudolus nomen Ecclesiæ ad
suam sectam transfert, quæ contem-
dit pro Elementis cœnæ dominicæ,
& nihil [illegible] sibi [illegible]
um asserit, adimit [illegible] sanctis
collectis in uera fide Christi. Ob
grauem [illegible] causam
quia non credunt solum in panem & ui-
num sed etiam corporis & sanguinem
Christi participare se in sacra cœ-
na. Si unus esset in media Anti-
christi colluuie, non afficeret [illegible]
gnitori contumelia Ecclesiam Dei
quidem dum ex ea facit Ecclesiam Sa-
thanæ, Interim tamen neminem [illegible]
[illegible] controuersias proscindit
aut damnat. Nam si controuersia

ife corpore Christi præsenti in Eucharistia, nata est uix dum ante annos quadraginta, & super huius fūdamēto extructa est Ecclesia piorum, qui sunt coniuncti Confessioni Augustanæ, cuius ista noua Ecclesia est nisi Sathanę, cum nō nisi una sit uera Ecclesia Christi, non nuper nata, sed inde ab Adamo & Abelo iusto cōdita? Ad Cinglianos ergo solos recidit Ecclesia, ad quam soli pertinent, si credimus isti Fabulatori, qui fortiter credunt edi panem, & uinum bibi in sacro conuiuio cœnæ Domini cuius tamen sceleris falsa criminatione nostros reos peragit: Ecclesiam enim Catholicam nequaquā circumscribunt finibus creditæ solius præsentiæ corporis & sanguinis Domini, sed fulci integrè retinentis fundamentum positum à Prophetis & Apostolis. Ad hanc docent simul pertinere doctrinam &

stam & fidem recitarintde Coena Domini, à qua discedentes relinquunt fundamentum, tametsi se uideant in parte aliqua retinere, ipsique uideri uelint ac gloriari etiam soleant se totum retinere: relinquentesque aptē fundamentum, Ecclesię nomini se ipsa nequeunt conserere. Cùm igitur Sacramentarij nunc retineant fundamentum, & oppugnent syncerum doctrinā de coena Domini & de Baptismo, suoque scelere rebur collocatum super fundamento falsae doctrinae non tam nunc primum quàm renatae per Zuinglium ante annos triginta. Nam nata fuit temporibus Donatistarum & Berengarij, diuulsis schismate à uera Ecclesia per semet ipsos, falsò eius titulum sibi arrogant, & iure possidentibus sacrilegè auferunt.

Sed licent hęc omnia Pseudolo cum sodalibus, licet mentiri gratulum

iniuriari, maledicere, criminari,
quidlibet denique dicere, & facere
impune, neque licet cuique contra hisce
re, habet enim Regis diploma, quo
impetrato semel se omnium licentiā,
atque impunitatem impetrasse se somni
at: hoc enim praetendit & tanquam
Achillis Clypeum obijcit, quum scri
bit, suam existimationem facilè tu
tam fore Diplomate regis. At uerò
non agitur de nominis Pseudoli
uel mei uel cuiusquam existimati
one, sed agitur de ueritate doctri
nae, de nostra fide, de mysterio re
gni Dei, de animarum salute, de ho
nore & gloria nominis Dei. Si enim
talis homuncio, pusillus & nullius
non uult lędi suum honorem, mul
tò minus lędere debebat immorta
lis Dei maiestatem, ueritatemque do
ctrinę uiolando, sed potius omni stu
dio asserere, & honoris illius defen
sione honorem & decus suum tueri.

Hono

Honorifica existimatio de Ministris Ecclesiæ posita est in fideli administratione commissi Ministerij. Hanc existimationem requisiuit Apostolus, hunc honorem præcipit illis deferri, ut habeantur & honorentur tanquam dispensatores mysteriorum Dei, & addit, hoc requiri inter Dispensatores, ut aliquis fidelis inueniatur. Fidelis autem non addit aliquid, nec adimit, sed integrè mysteria regni dispensat, ut ea à Domino accepit, sicut fidelitatem suam commendat Paulus: Ego, inquit, accepi à Domino quod tradidi uobis. Infidelis non dispensat, ut accepit à Domino, addit de suo, aut subtrahit aut corrumpit. In Sacramēto cœnę mysticę panem & uinū dispensat secundum Sacramentariorum dogma, non corpus & sanguinē Domini. Quanta uerò est infidelitas?

tas: quantum sacrilegium auferre è sacratissima cœna cibum corporis & potum sanguinis Domini & conuiuis pro uiuificio corpore & sãguine solum panem & ninum dare: Habet alter de fidei sua integritate satis bonam existimationem & commendationem coram Deo & Ecclesia eius, alter ob perfidiam uera commendatione destituitur, utcunque habeat ab hominibus magnificas commendationes. Non enim quem homines aut qui semetipsum cõmendat aliquid est, sed quẽ Deus commendat: Nullæ Epistolæ commendaticiæ, nulla Diplomata quemquam commendant aut defendunt, nisi talem se præstet synceritate, qualis ab hominibus commendatur. Nulla Diplomata etiam regia quemquam subleuant in causa mala, multoq́ minus dant licentiam defendẽdi impba dogmata, An

ta, Antagonistas deformandi calũ̃niis ac conuitijs & falsis criminationibus illorum existimationem lædendi.

Nihil hic obtrecto regio Diplomati, non authoritatem eleuo, cùm iudico aduersarium qualẽ inuenio, séque offert toti orbi in suis scriptis, cúmque Rex pientissimus Angliæ ita iudicarit & testimonium dederit, ut in illa sua ætate intelligere & ab alijs persuasus dare potuit, sed uerius detrahit authoritati Diplomatis, & nomini Regio iniuriam facit, qui id prætendit causę suę malę, mendacijs, calumnijs & cõuitijs suis, eáque uult eius præsidio esse defensa, ne innocenti liceat uti diuinitus concesso iure, & aspersas fœdas maculas diluere, eámque culpam conduplicat, dum sine ulla reuerentia & metu alterius etiam Regis nomen & authorita

tem praeterit.

Oportet igitur longè aliter rem Sacramentarij instituant, quàm adhuc agere nobiscum cœperunt, nisi pulchrum ducant malam causam male agendo uictoriam pessimam reportare. Obnixè peterem, ut postlhabitis maledictis & criminationibus, argumentis agerent cõtra nos & nostram causam, sed hoc me frustra petere scio, cùm causam agant malam, & pro falsa pugnent doctrina. Falsa autem non nisi falsis commentarijs defendi necesse sit, quandoquidem ueritate defendi nequeant. Verissimè enim scriptũ reliquit Hilarius lib: viij de Trinitate. Cùm stultè mentiantur Haeretici, stultitiis tamen in defensione sui mendacij sapiunt. Augustinus nõ minus uerè scripsit libro de mẽdacio cap. xiiij. Esse primum & capitale mendacium longeq; fugiendum, quod fit in doctri

doctrina religionis. Est autē manifestum ac grande mendacium in religione, corpus Christi & eius sanguinem non adesse neque distribui, neque sumi in Eucharistico Sacramento. Hoc mendacium quia defēdunt Sacramentarij, necesse habent stultius mentiri in eo defendendo, & ad fulciendum unum, quod tamen stare non poterit, infinita afferre, quantóque maiori opere & molimine defēdunt falsam doctrinam, tantò plura cumulare mendacia, & tamen uicti tandem, cedere, & ueritati uictoriam relinquere. Non enim possumus aliquid aduersus ueritatem, sed ꝑ ueritate, & ueritas uincit siue uolentem, siue nolentē.

Restat ergò ut obtester eos per Christum Iesum, ut desistant & ueritati uictrici præbeant palmā tum mea defensio, licet sit duriuscula, non oneri, sed lucro & honori illis

erit, reportaturis alioqui damnum æterni boni, & sempiternum dedecus, si pergent pertinaces in errore cum Deo, hoc est, cũ Veritate belligerari.

Deus misericors nolens mortẽ peccatoris conuertat errantes, qui quid faciunt nesciunt, & in uiã ueritatis & salutis reducat.



EXEMPLVM DIPLOmatis Regij.

EXEMPLVM DIPLO-
matis Regij.



DVARDVS SE-xtus Dei gratia Angliæ, Franciæ, & Hiberniæ Rex, Fidei defensor, & in terra Eccles. Anglicanæ & Hibernicæ supremum sub Christo caput. Omnib. ad quos præsentes literæ peruenerint, salutem. Cū magnæ quædam & graues considerationes nos ad præsens specialiter impulerunt, tum etiam cogitantes illud quanto studio et charitate Christianos Principes in Sacrosanctum Dei Euangelium & religionem Apostolicam ab ipso Christo inchoatam, institutam & traditam animatos & propensos esse conueniat, sine qua haud dubie politia & ciuile regimen neq; consistere diu, neq; nomē suum tueri potest, nisi principes cæteriq;

sterisq; præpotentes uiri, quos Deus ad Regnorum gubernacula sedere uoluit, id inprimis operam dent, ut per totum reipublicæ corpus casta synceraq; religio diffundatur, & Ecclesia in uerè Christianis & Apostolicis opinionibus & ritibus instituta et adulta per sanctos, ac carni & mũdo mortuos ministros conseruetur, pro eo quod Christiani Principis officium statuimus inter alias grauissimas de regno suo bene splendideq; administrando cogitationes etiam religioni, & religionis causa calamitate fractis & afflictis exulibus consulere. Sciatis quòd non solum præmissa contemplantes, & Ecclesiam à Papatus tyrannide per nos uindicatam in pristina libertate conferuare cupientes, uerum etiam exulum ac peregrinorum conditionem miserantes, qui iam bonis temporibus in Regno nostro Angliæ commorati

sunt uoluntario exilio religionis & Ecclesiæ causa mulctati, quia hospites & exteros homines propter Christi Euangelium ex patria sua profligatos et eiectos, & in Regnum nostrum ꝓfugos presidijs ad uitam degendam necessarijs in Regno nostro egere non dignum esse, neque Christiano homine, neq; principis magnificentia dignum esse duximus, cuius liberalitas nullo modo in tali rerum statu restricta clausáue esset debet. Ac quoniam multi Germanæ nationis homines ac alij peregrini qui confluxerunt, & in dies singulos confluunt in regnum nostrũ Angliæ ex Germania, & alijs remotioribus partibus, in quibus Papatus dominatu Euangelij libertas labefactari & premi cœpta est, non habent certam sedem & locum in regno nostro, ubi conuentus suos celebrare ualeāt, ubi inter suę gentis ex

moderni idiōatis homines religiōis negocia & res Ecclesiasticas, p patrio ritu & more intelligēter obire & tractare possint. Idcirco de gratia nostra speciali, ac ex certa sciētia et mero motu nostris: nec nō de auisamēto Cōsilij nostri uoluus, cōcedius et or dinaus, q de cętero sit et erit, unū tēplū seu sacras ędes in ciuitate nostra London. quel q uocabit tēplū Dni Iesu, ubi cōgregatio & cōuētus Ger manorū et aliorum peregrinorum fieri & celebrari possit ea intentione et proposito, ut à ministris Ecclesię Germanorum aliorumque peregrinorum sacrosancti Euangelij incor rupta interpretatio, Sacramentorum iuxta uerbum Dei & Apostoli cam obseruationem administratio fiat. Ac templum illud siue sacram ędem illam de uno Superintendente & quatuor uerbi ministris erigimus, creamus, ordinaus & fundaus

per prẹsentes. Et quòd idem Superintendens & ministri in re & nomine sint & erunt unum corpus corporatum et politicum de se per nomen Superintendentis et ministrorũ Ecclesiæ Germanorum, & aliorum peregrinorꝫ ex fundatione Regis Eduardi Sexti, in ciuitate London̄. per prẹsentes incorporamus, ac corpus corporatum & politicum, per idem nomen realiter et ad plenũ creamus, ordinamus, facimus et cõstituimus per præsentes, et quod successionē habeāt. Et ulterius de gratia nostra speciali, ac ex certa scientia et mero motu nostris; necnon de auisamento Consilij nostri dedimus & concessimus, ac per prẹsentes damus & cõcedimus præfato Superintendenti & ministris Ecclesiæ Germanorum & aliorum Peregrinorꝫ in Ciuitate Londonen: totum illud templum siue Ecclesiam nuper fratrum Au-

gustinensium in ciuitate nostra Lon
don. ac totam terram, fundum, &
solum Ecclesiæ prædictæ, excep
tis toto choro dictæ Ecclesiæ terris,
fundo & solo eiusdem. Habendum
& gaudendum dictum templum si
ue Ecclesiam ac cætera præmissa ex
ceptis, præexceptis, præfatis super
intendenti et ministris & successori
bus suis. Tenendum de nobis hære
dibus & successoribus nostris in pu
ram & liberam eleemosynam. Da
mus ulterius de auisamento prædi
cto, ac ex certa scientia & mero mo
tu nostris prædictis per præsentes cō
cedimus, præfatis Superintendenti
& ministris et successoribus suis ple
nam facultatem, potestatem & au
toritatem ampliandi & maiorem fa
ciendi numerum ministrorum & no
minandi & appunctuandi de tem
pore in tempus tales huiusmodi sub
ministros ad seruiendum in templo

prędicto, quales praefatis superinte-
denti & ministris necessariũ fuerit.
Et quidē haec omnia iuxta benepla-
citũ Regiũ. Volumus praeterea, q
IO: à LAsco natione Polonus, ho
mo ꝓpter integritatē & innocentiā
uitae, ac morũ, et singularē eruditi-
onē ualde celebris, sit primus & mo
dernus Superintēdens dictae Eccle-
siae, & q Gualterus Deloemus, Mar
tinus Flādrus, Frāciscus Riuerius,
Richardus Gallus, sint quatuor pri
mi et moderni ministri. Dāus ꝑtera
& cōcedimus ꝑfatis Superintēdenti
& ministris et successorib. suis facul
tatē, autoritatē & licentiā post mor-
tem uel uacationem alicuius mini-
stri praedictorum de tempore in tem
pus eligendi, nominandi & surro-
gandi alium personam habilem &
idoneum in locum suum. Ita tamen
quòd persona sic nominatus & ele-
ctus praesentetur & sistatur coram
nobis

nobis hæredibus uel successoribus nostris, & per nos hæredes uel successores nostros instituatur in ministerium perdictũ. Damus etiam & concedimus prefatis superintendenti, ministris et successoribus suis facultatem, autoritatem & licentiam post mortem seu uacationem Superintendentis de tempore in tempus eligendi, nominandi & surrogandi alium personam doctum & grauem in locum suum. Ita tamen quòd persona sic nominatus & electus præsentetur & sistatur coram nobis hæredibus uel successoribus nostris, & per nos hæredes uel successores nostros instituat͞ in officium Superintendentis prædictum. Mandamus & firmiter iniungendum præcipimus iam Maiori uicecomitibus & Aldermannis Ciuitatis nostræ Londonen. Episcopo Londonen. & successoribus suis cum omnib. alijs

 Archi

Archiepiscopis, Episcopis, Iustici-
rijs, Officiarijs & ministris nostris
quibuscunq; , quod permittant præ-
fatis Superintendenti & ministris &
sua suos liberè & quietè frui, gaude-
re, uti, et exercere ritus & ceremo-
nias suas proprias & disciplinam Ec-
clesiasticam propriam & peculiarẽ,
non obstante quòd non conueniant
cum ritibus & ceremonijs in Re-
gno nostro usitatis absq; impeditiõe,
perturbatione, aut inquietatione eo-
rum, uel eorum alicuius, aliquo sta-
tuto, actu, p̄clamatione, iniuncti-
one, restrictione seu usu in contra-
rium inde antehac habitis, factis, e-
ditis seu promulgatis in contrarium
non obstantibus. Eo quod expressa
mentio de uero ualore annuo aut de
certitudine præmissorum siue eorũ
alicuius, aut de alijs donis siue con-
cessionibus per nos præfatis Super-
intendenti, ministris & successoribus

 suis

ſuis ante hæc tempora factis in præ-
ſentibus minimè facta exiſtit: aut ali
quo ſtatuto, actu, ordinatione, pro
uiſione, ſiue reſtrictione inde in cō-
trarium factis, editis, ordinatis, ſeu
prouiſis. Aut aliqua alia re, cauſa
uel materia quacunq; in aliquo non
obſtante. In cuius rei teſtimonium
has literas noſtras fieri fecimus pa-
tentes. Teſte me ipſo apud Leighes
uiceſſimo quarto die Iulij, Anno re-
gni noſtri quarto per breue de pri-
uato ſigillo, & de datis prædicta au
toritate parliamenti.

P. South. Vnel.

Vn. Harrys.